# PVBLICA LAETITIA, QVA DOMINVS

Ioannes Martinus Silicæus Archie-
piſcopus Toletanus ab Schola
Complutẽſi ſuſceptus eſt.




Si quicquid tangit ferrum eſt, atq; excitat ignem,
Qui ſit ab inſculpto hoc nomine quantus erit?



Hæc tibi pentadecas Silicem ſuſcepit, & inde
Collucet, flammis irradiata nouis.

# REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI,

eidemq; benigniſſ. Præſuli, Regum Caſtellæ Archicancellario, & Hiſpaniarum ampliſſimo Primati, Dño. D. Ioanni Martino Siliceo Archiepiſco Toletano Aluarus Gomecius Eulalienſis. S.

Aliud sic Aluarus Gomecius ab eo q laudatus illud poema incipit de aurei velleris insigni. Idem v.e q. Ill. Franc. Ximen. composuit.

ACADEMIAE NOSTRAE omnibus modis cupienti tuam amplitudinẽ demereri, ita demum affectui ſuo, aliqua ratione ſatisfactum iri viſum eſt: ſi quod tibi ad nos, primum poſt tantam dignitatem venienti, ſatis multis teſtimoniis notũ fecerat: incõparabilem ſcilicet lætitiam, quam publice noſtra ſtudia ſuſceperũt: id nunc typis apud omnes teſtaretur, & quod priuatim intra noſtra mœnia factum fuit, orbi tandem vniuerſo patefaceret, ac tuam dignitatem, quæ ampliſſima eſt, ampliorem hoc pacto redderet. Quod quamuis impudenter dictum videatur, ſi pauliſper animum ſubierit, poetarum carminibus, & lucubrationibus, non niſi viros clariſſimos, ita fato iubente commendari: intelliges tandem ad tuam laudem nonnihil intereſſe, quod celeberrima alioqui ſchola, tanto nuper animorum ardore, tam multiplicibus & tam variis argumentis ad tua merita &

virtutes decantandas omnes ordines ſuos concitauerit.
Nam ſi olim Alexandrum Macedonem apud Libethrū
agentem, Orphei ſtatua largiſſime ſudante atq; porten
ti nouitate commotum, bene ſperare Ariſtander augur
iuſſit, quod inde ſatis aperte coniiceret, Poetis & ſcripto
ribus maximum certamen, rebus ab ipſo gerendis pro-
poni: An non ego te beatum iam nunc dicam, in cuius
laudibus prędicādis, tot eruditi homines, tot ingenioſi
adoleſcētes tanta contētione certatim deſudauerint? Po
teſt fortuna dignitates & opes alicui tribuere, poteſt am
bitio honores vſurpare: verū hoc publicū virtutis teſti-
nium quod nō quidē hoīm vulgus, ſed viri ſapiētiſſimi
& ſtudioſi offerūt, ob vitę ſingularem probitatē exhibe
tur, & ob rariſſimas animi dotes, quibus charitas apud
omnes comparatur. Quas, cū multis hactenus experimē-
tis, in te haberi vniuerſi ſenſerint, nō eſt qđ inuidorū ma
ledicta vereamur, ſi nos aut ambitioſę feſtinatiōis cul-
pent, aut delectę adulationis nota inurant, quod eos ho-
nores nouo patrono decreuerimus, quos homines mul-
tum de Rep. meriti ob bene res geſtas & ingentia benefi-
cia, a gratis populis conſequuntur. Neq; enim tam leues
apud te virtus radices egit, vt qui vitæ anteactæ ſanctimo
nia, morum pietate, & fidei religione, admirationē tantā
obtineris, nunc immuteris in extremo vitæ actu, & nos,
hoc eſt literas, pſequi cōtendas. Quod ſi nō oīno noſtrā
cauſam iuſtā eſſe exiſtimas: veniat in memoriā obſecro,
quātā nūc illi inuidiā ſuſtineāt, qui huic Scholæ ſeruitu-
tem minabantur, ſubeatq; cogitationē tuā, quā tetrū ſcelus
& fœdum ſit, in rep. quę eſſe debet, & libera fuit, velle per
vim imperium occupare. Nec te moueant pręterita diſſi
dia aut ſiniſtrum aliquod pręiudicium ſuperioris pręſu
lis authoritate ſummas, ille enim, haud proprio cōſilio,
ſed maleuolorum hominum calumniis, quibus Princi-

ſuū familiæ abundarent,tantum odij aduerſus nos cōtra-
xit. Necq; enim mihi crede,acerrimi iudicij vir,in re tam
manifeſta & notiſſima erraſſet,niſi peſſima illa capita,quæ
ſe paſſim conabantur ingerere, aſſidue illi venenum in-
ſtillarent,iniquis prętextibus apud eum nos defferrent,
& noſtram hanc literariam quietem,licētię nomine tur-
piſſime appellarent. Quod ſi illa licentia eſt, aut morum
aliquam corruptelam parit:en tibi curui iugulum ſub-
mittimus,noſtro collo pro arbitratu vtere. At ſi tantum
literariā quietem & pacem ſolum ſtudijs petimus: Quæ
obſecro inuidia aut indignatio eſt, noſtram nos trāquil
litatem non habere,aut præſulum omnium ampliſſimo
reuerentiam ſummam non pręſtare? Quare per tot lite-
rarum labores,quibus meliorem ætatē exercuimus, per
communia ſtudia,qu[illegible] tuę amplitudini coniungunt,
obteſtamur:vt nos tuo fauore protegas,& nō patiaris li-
tium iniuria,hoc eſt tituli cuiuſpiā ambitioſi gratia, pau-
peribus ſcholaſticis,qui apud nos per contubernia in-
ſtituuntur,alimenta ſua perire, iuſtis ſtipendijs profeſſo-
res ſpoliari,& deniq; Theologicum nomen amplius iā
per fora traduci. Multumq; memineris obnixe petimus
erectoris Franciſci Ximenij:quem nunc reuixiſſe credi-
mus,dum te in hac ſede videmus collocatum. Lętantur
procul dubio in pręſentia illius manes,teq; e cœlo ſub-
inde inuitāt,vt exemplum illius imitatus,aut per eadem
veſtigia gradiaris,aut quę eſt poſteriorum felicitas,alio
rum inuentis ſemper addere,eius geſta,qua ratiōe potes,
ſuperes. Non eſt, mihi crede,potentia aliqua,quod a Da
uid Sauli dictum eſt canem mortuum,aut culicem perſe-
qui;quin potius lapſos erigere,nutantes confirmare, &
vulnerato Samaritano miſericordiæ oleo prouidere.
Verum quoniam in hanc ſpem erectos nos eſſe, vel ex
publica lętitia quam concepimus, intelliges: libellum
hunc quem offerimus ſuſcipe,ſedulitatē noſtram agno-

virtutes decantandas omnes ordines ſuos concitauerit. Nam ſi olim Alexandrum Macedonem apud Libethrũ agentem, Orphei ſtatua largiſſime ſudante atq; porten ti nouitate commotum, bene ſperare Ariſtander augur iuſſit, quod inde ſatis aperte coniiceret, Poetis & ſcripto ribus maximum certamen, rebus ab ipſo gerendis pro= poni: An non ego te beatum iam nunc dicam, in cuius laudibus prędicãdis, tot eruditi homines, tot ingenioſi adoleſcẽtes tanta contẽtione certatim deſudauerint? Po teſt fortuna dignitates & opes alicui tribuere, poteſt am bitio honores vſurpare: verũ hoc publicũ virtutis teſti= nium quod nõ quidẽ hoim vulgus, ſed viri ſapiẽtiſſimi & ſtudioſi offerũt, ob vitę ſingularem probitatẽ exhib= tur, & ob rariſſimas animi dotes, quibus charitas apud omnes comparat. Quas, cũ multis hactenus experimẽ= tis, in te haberi vniuerſi ſenſerint, nõ eſt qd̃ inuidorũ ma ledicta vereamur, ſi nos aut ambitioſę feſtinatiõis cul= pent, aut deiectę adulationis nota inurant, quod eos ho= nores nouo patrono decreuerimus, quos homines mul= tum de Rep. meriti ob bene res geſtas & ingentia benefi= cia, a gratis populis conſequuntur. Neq; enim tam leues apud te virtus radices egit, vt qui vitæ anteactæ ſanctimo nia, morum pietate, & fidei religione, admiratiõnẽ tantã obtineris, nunc immuteris in extremo vitæ actu, & nos, hoc eſt literas, pſequi cõtendas. Quod ſi nõ oĩno noſtrã cauſam iuſtã eſſe exiſtimas: veniat in memoriã obſecro, quãtã nũc illi inuidiã ſuſtineãt, qui huic Scholæ ſeruitu= tem minabant, ſubeatq; cogitationẽ tuã, quã tetrũ ſcelus & fœdum ſit, in rep. quę eſſe debet, & libera fuit, velle per vim imperium occupare. Nec te moueant pręterita diffi dia aut ſiniſtrum aliquod pręiudicium ſuperioris pręſu lis authoritate ſummas, ille enim, haud proprio cõſilio, ſed maleuolorum hominum calumniis, quibus Princi=

ſuũ familiæ abundant, tantum odij aduerſus nos cõtra-
xit. Neq; enim mihi crede. accerrimi iudicij vir, in re tam
manifeſta & notiſſima erraſſet, niſi peſſima illa capita, quæ
ſe paſſim conabantur ingerere, aſſidue illi venenum in-
ſtillare, ut, iniquis prętextibus apud eum nos defferrent,
& noſtram hanc literariam quietem, licẽtię nomine tur-
piſſime appellarent. Quod ſi illa licentia eſt, aut morum
aliquam corruptelam parit: en tibi curui iugulum ſub-
mittimus, noſtro collo pro arbitratu vtere. At ſi tantum
literariã quietem & pacem ſolum ſtudijs petimus: Quæ
obſecro inuidia aut indignatio eſt, noſtram nos trãquil
litatem non habere, aut præſulum omnium ampliſſimo
reuerentiam ſummam non pręſtare? Quare per tot lite-
rarum labores, quibus meliorem ætatẽ exercuimus, per
communia ſtudia, quę nos tuę amplitudini coniungunt,
obteſtamur: vt nos tuo fauore protegas, & nõ patiaris li-
tium iniuria, hoc eſt tituli cuiuſpiã ambitioſi gratia, pau-
peribus ſcholaſticis, qui apud nos per contubernia in-
ſtituuntur, alimenta ſua perire, iuſtis ſtipendijs profeſſo-
res ſpoliari, & deniq; Theologicum nomen amplius iã
per fora traduci. Multumq; memineris obnixe petimus
erectoris Franciſci Ximenij: quem nunc reuixiſſe credi-
mus, dum te in hac ſede videmus collocatum. Lętantur
procul dubio in pręſentia illius manes, teq; e cœlo ſub-
inde inuitãt, vt exemplum illius imitatus, aut per eadem
veſtigia gradiaris, aut quę eſt poſteriorum felicitas, alio
rum inuentis ſemper addere, eius geſta, qua ratiõe potes,
ſuperes. Non eſt, mihi crede, potentia aliqua, quod a Da
uid Sauli dictum eſt canem mortuum, aut culicem perſe-
qui: quin potius lapſos erigere, nutantes confirmare, &
vulnerato Samaritano miſericordiæ oleo prouidere.
Verum quoniam in hanc ſpem erectos nos eſſe, vel ex
publica lętitia quam concepimus, intelliges: libellum
hunc quem offerimus ſuſcipe, ſedulitatẽ noſtram agno-

ſce, & ſtudioſorum hominū ingenia, in tuum obſequiū officioſiſſime certantia, benignitate, quam merentur, cō-plectere. Vbi non tam criticus lector iuſtam heroici carminis maieſtatem, Epigrāmatum abſolutum leporē, veterum ſcriptorum exactam imitationem requirat: Sat fuerit quendam veluti odorem & deguſtatiūculam ſcholaſtici profectus exhibuiſſe, atq; noſtrum erga tuam amplitudinem affectum explicaſſe. Vnum tamen eſt, quod ego priuatim deprecari debeam, vt noſtrum id, quale-cunq; eſt, quod hic prę̨ter exercitamenta addidimus, ex-cuſationem & veniam mereatur. Luſimus enim nos itidem cum cę̨teris, & quoniam gratiam vndecunq; captabamus, varietatem libelli imitati, ſingulis exercitamētis prę̨fatiūculas meditati ſumus, quibus alienus lector erudiretur, noſtras defeſſus reſpirationē caperet. Vbi nemo nos culpet obſecro, ſi ī picturę̨ enconio digreſſi, præter opuſculi intentionem ſtylo indulſimus: inuitauit nos ſiquidē argumēti amę̨nitas, & placuit pauliſper animū re-mittere. In imaginibus explicandis eo libentius operā impendi, quod intelligerem amplitudinem tuam adhuc maiorem interpretationem requirere, quam quę̨ ſingulis epigrammatibus ad imaginum calcem appoſita eſt.

Valeat amplitudo tua, quam dominus IESVS diu nobis incolumē ſeruet, vt optatam quietem diſciplinis reſtituas, & ſtudijs noſtris fauorem preſtes.

QVoniam abſentia noſtra factum fuit, vt aliqua inter excudendum Typographos effugerint: quicquid vitij vſquā inueneris, hæc pagella emendatū dabit, ideoq; illam cōſulas obteſtor, & nos ab omni calumnia exoluas. Vale.

F. 2. linea. 19. p delore, lege dolore. F. 4. linea. 15 poſſet, pro poſſent. F. 5. ſecunda linea pro Magarenſium, Megarenſium. 10. annulum, pro a nullum. 12. premium, pro primum. F. 6. in epigrāmatū lege, excedito pro excito. F. 7. linea. 7. pro noſtraſtes, noſtrates. F. 10. linea. 14. honorem quendam, pro quedam. 26. obuiantiū, pro obuiatium. E. 12. lin. 6. vniuerſus pro vniuerſis. 24. intuebantur, pro intuebāuri. F. 14. in Grāmaticę tetraſticho, quondā, pro quodā. F. 16. in. 10. lyrici tetraſticho. 2. linea &, pro et. F. 20. in penultimo tetraſticho tuos, pro nos. F. 21. lin. penultima qđ pro quo. f. 22. linea. 4. laborabat p laborat. F. 25. linea. 21. Auguſtis, pro anguſtijs. F. 26. lin. 24. diœceſis, pro diocœſis. F. 28. linea penul. caritate p charitate. F. 31. linea. 11. vnū, pro vnam. F. 35. in adonico. 7. prauis pro paruis. F. 37. lin. 5. lacte pro late. F. 42. in gręca, heptadecade, carmine. 12. σύγε, p ἀυτὴ. 17. κόσμῳ p κόσμῳ. f. 45. lin. 11. rigēs, p regēs. F. 48. in adonico. 13. gēmę pro gennę. F. 53. lin. 26. rutilo pro rurilo. F. 54. lin. 1. viderit pro videret. lin. 22. omni p omini. F. 58. lin. 12. affecit, p afficit. F. 65. carm. 14. poplite, pro populite. F. 67. lin. 12. negligētia pro negligentiā. F. 70 lin. 3. votis pro notis, linea. 4. gręce inſcriptiōis ἱκετεύουσι pro κιτίνουσι. Lin. 1. interpͤtationis, ſplendenti pro ſplēdendi. F. 73. Terceto. 22. dela gēte pro de gente. 81. vers. 11. eſto, pro eſte. E. 88. lin. vltima noſtris, pro noſtrsi. F. 89. lin. 17. contexunt, pro cō exiunt. 19. per pro ſuper. 29. elegāter p elegante. F. 92. lin. 15. οἴνοπα pro οἴνοπαν. 23, videri p vide. F. 93. lin. 8. ferrugineos pro ferrugines. 12. habiti ſunt, p habitos ſunt. in marg. lib. 2. de diuin. p lib. v. f. 97. lin. 1. dixerit, p dixit. f. 95. ī marg. lib. v. p 6. foli. 103. linea. 18. vacat. hoc eſt. carmina enim Homer. ad marginem ſunt apponenda. F. 94. linea. 24. neq; enim

aliunde pro neq; aliunde. F.96.lin.19. labori pro labore. F.99.lin.21. nomenclaturis pro nomẽclaturijs. F.102.lin. 16. inſignibus, pro iuſignibus. F.113. 1. pñt. ecce loco, pro eſſe loco. F.116. in vltimo pen. altitibus pro altibus.

# PVBLICA
LAETITIA, QVA DOMINVS IOAN-
NES MARTINVS SILICEVS,
ARCHIEPISCOPVS TO-
LETANVS IDIB. APRI.
ANNO A NAT. DOMI-
NI. 1546. AB
SCHOLA
POPV-
LO.
QVE COM-
PLVTENSI SV-
SCEPTVS
EST.

POST OBITVM IOANNIS Tau eræ Cardinalis, Archiepiſcopi Toletani, quinque ferme menſes, tota Hiſpania in expectatiōe fuit, quiſnam ab inuictiſſimo Cæſare Carolo quinto, ad Pontificatū Toletanæ eccleſiæ aſſumeretur. Erāt enim permulti Præſules, qui & rerum geſtarum gloria, & morum probitate ac ſanctimonia clari: digni omnes eſſe cenſebātur, quibus ad tantum faſtigium, ſuffragaretur Cæſareus calculus. Dumq; in varias ſententias vniuerſi ſcinderentur, & quem quiſque maxime exoptabat, de eo verba libētius faceret: Anno Domini milleſimo quingēteſimo quadrageſſimo ſexto, ſeptimo calendas Februarij, quo die ſan

ctiſſimi Pauli apoſtoli ad Chriſtum conuerſio, religioſiſſime a noſtris celebratur, nuncium lætiſſimum, e ſereniſſimi Principis Philippi regia ad nos allatum eſt. Magiſtrum Ioãnem Martinum Siliceum epiſcopũ Chartaginenſem, ad eam dignitatem Promotum eſſe, Vereor quidem ne ſtyli culpa deteram, aut potius rei magnitudine vincar, in explicanda publica lætitia, quę tunc ſcholam noſtram inceſſit. Nam vt contentionibus & litibus oppleta erat, quę tametſi, nihil ei nocere poterant, aut immunitatẽ eius imminuere, grauiſſimis tamen afficiebatur moleſtijs, haud mediocres iniurias ſuſtinebat, & denique quiete & ocio priuabatur, quod ſtudia potiſſimũ requirunt. Reſpiraſſe igitur ſe credidit, & veluti portum ex alto conſpiciens, aut in mediis tenebris, e pharo aliquo ſplendentem facem, vniuerſi ſoteria conclamantes, quo quiſque poterat corporis geſtu, animi affectum aperte declarabat. Paſſim omnia lętiſſima videres, & męror ille qui ora omniũ quondã occupauerat, neſcio in quod barathrũ detruſus, proprio ſe dolore cõficiẽs, regnis ſuis depelli indignabať. Vota publice ſuſcepta ſunt, illico ad deũ ſupplicationes factę, & põpa quadã religionis plena, nihil nõ pietatis exhibitũ eſt, vnaque vox omniũ audiebatur, vt talẽ eum Chriſtus optimus maximus efficeret qualem futurum nos ſperabamus. Quę vbi rite peracta ſunt conuocatis reipublicæ noſtrę patribus a magiſtro Georgio Genzore, qui eo anno g[illegible]bat principatum, publica legatio ad eum ſalutandum apparata eſt, cuius non hi, aut illi miniſtri eſſent, ſed is ipſe academiæ rector Georgius Genzor. Suſcepit illum ampliſſimus Antiſtes omnem comitatem & beneuolentiam exhibens, bene item de rebus literarijs ſperare iubet. Seſeque æmulum fore pollicetur erectoris Franciſci Ximenij. Increbuit poſt hæc, ante quartum diem nouum Præſulem Complutum

venturum, nam & principes fœminæ Cæſaris filiæ, quę tunc in eo loco morabantur, erant ab illo ex officio ſalutandæ, & incredibili affectu tenebatur, viſendi iam ſcholam hanc ſuam, nam ita ab illo appellari ferebatur, Quare de apparatu, quo ille a nobis ſuſcipiendus eſſet, ſtatim a Rectore conſultatum eſt, ſunt ei omnes honores decreti, quos meretur patriæ reparator, Moles lignea erecta eſt, quę triumphi ſpeciem referret, ſuperboſq; illos Romanorum arcus, qua liceret ratione imitaretur, verum quoniam in literaria republica. Martia iſta ſpecies iners eſſet, nec ob deuictas prouincias, aut debellatas nationes: ſed ob egregiam pietatem & doctrinam, totum id excogitabatur, præmia multiplicia propoſita ſunt Poetis Complutenſibus. Oratoribuſq;, alijs item quibus vis externis, qui nomen ſuum ad certamen darent, vt hi omnes partim carminibus, partim inſcriptionibus teſtudineam molem exornarent, & nouo patrono ea tandem ratione innoteſceret, quantum gaudium Scholam occupauerit, quantum fauorem ſtudia receperint, quantam denique cladem euitauerint. Multę ſunt cauſæ, quibus ad hoc certamen proponendum, ſenatus populuſq; literatus perſuaſus eſt. Primum enim veriſſimum eſſe intellexit, quod a preſtantiſſimo lyricorū poeta Pindaro, dictum eſt, poetarum cantilenas, quę ſuis numeris & virtutibus cōſtant, coloſſorum magnitudinem excellere, hi enim vno in loco viſuntur, nempe in quo collocati fuerint, illæ vero diſperſę in omnem partem, & per mare & per terram tranſportantur, neq; vnquam vetuſtate diruuntur, ſed per hominum memorias deriuatæ, vitam tandem perpetuam conſequuntur. Qua de cauſa Minos Cretenſium rex æternam calumniam ſuſtinet, ſuſtinebitq;, qui cū & Homeri, & platōis teſtimonio, iuſtiſſimus herorum eſſe cenſeatur, eiuſq; leges diutiſſime dura

uerint, quoniam tamen Athenarum vrbi, bellum parum proſpiciens intulit, quæ cum cæteris ſapientibꝰ plurimis tum Poetis, eiſdemqꝫ tragicis imprimis abundabat. Minois nomen per ſcænas & theatra traductum eſt, atque in noſtra tempora delatum. Contra Achilles, omnibus ſeculis ſine fine celebrabitur, quod diuinum Homerum ſuarum laudum præconem habuerit. Poſt hæc etiam conuenientiſſimum eſſe credebatur, ſi præſul literis & doctrina admirabilis, literario certamine exornaret, quod & ei voluptatem adferret, & vim ingeniorum apud noſtros accē deret, quæ ſi quando per contentiōem irritetur, valet maxime & opes ſuas pandit. Veruntamen vt animis alacrioribus vniuerſi ad id incitarentur, eſſentqꝫ omnes de mercede certi, in ædititiſſimo ſcholæ loco, qua parte cōmode conſpici poſſent, mandato rectoris, Edictum in hūc modum propoſitum eſt.

## EDICTI FORMVLA.

CVm omnes in hac rep. ordines, par ſit publicam letitiam feliciſſimi pontificatus, ſuo quenqꝫ munere profiteri, ac proinde literarum ſtudioſos, maxime deceat, literatiſſimum antiſtitem, cultu quoqꝫ proſequi literario. Ea de re, vir clariſſimus, M. Georgius Genzor Rector ex ſenatus authoritate, ita publico edicto ſanxit.

Quoniam arcus Triumphi inſtar, ampliſſ. pontifici S.C. decretus eſt, eum arcum ſtudioſa iuuētus, tabulis linteiſqꝫ depictis, tum ſymbolis, epodis, epigramatibus, elogijs in morē triumpalium ornamentorum certatim exornato. Qui hiſce ędendis iuxta preſcriptas inferius leges, & argumēta excelluerint, primo, ſecundo, & ad ſummum tertio in quoqꝫ certamine victoribus de iudicum ſententia

pronunciandis, præmia decernuntor. Reliquorum deinceps tanq; Magarenſium nulla ratio eſto.

## CERTAMEN PRIMVM.

ICona elegantis picturę, quę ad abſolutiſſ. pōtificis laudem, noſtramq; de illo expectationem, quę ve ad ſcitam quampiam pontificalium inſignium explicationē pertineant, vna cum ſymbolo adſtrictę fæcundęq; breuitatis, quod eidem congruat argumento, qui arcui ornando exhibuerit: primam quidem laudem iudicum ſententia promeritus, aureum anullum, huic proximus Chirothecas ex vnguento odoratas, tertius chirothecas puras duplices, primum ferto.

## CERTAMINIS LEGES.

SYmboli cuiuſq; breuitas, intra ſimplicem, duplicem ve voculam, ſi potis eſt, conſiſtito. Alioqui particulam ex indeclinabilibus tertiam iungere, quod commode ex vſu fiat, fraudi ne eſto. Symbola, ſiue propria inuentione conſtiterint, ſiue ex aliena lingua, commodo interpretamēto inuecta fuerint, modo id latio ſermone fiat, eodem vtraq; iure ſunto.

## CERTAMEN SECVNDVM.

SEreniſſ. Philippo. Maximi Caroli imp. Aug. F. principi iuuentutis fæliciſſimo. Qui heroicam mētem, diuinumq; iudiciū, heroico carmine gratulatꝰ fuerit, quod illius potiſſimum ſuaſu, optimus imp. optimum pontificem deſignarit. D. Ioan. Martinum Siliceum: hic ſiquidē

primas, iudicum calculis tulerit, holoſerici damaſceni vlnas tres, ſi ſecundas purpurei Taffetani vlnas totidem, ſi tertias vitreum poculum eleganter vermiculatum, induſtriæ mercedem tollito.

## LEGES.

Carmen quindenis verſibus, qui numerus academię noſtrę inſignibus ſacer eſt, omnino abſoluitor. Carminis condendi leges, eędem quę hexametri verſus ſunto.

## CERTAMEN TERTIVM.

AVſpicatiſſimum ampliſſ. preſulis aduentum, qui epigrammate celebrarit omnium elegantiſſimo: is holoſerici raſi vlnis tribus, pximus cineritij Taffetani vlnis totidem donatus eſto. Tertius Gallum gallinaceum candoris rariſſimi Aeſculapij delitias auferto. Eius agitatu proximis bacchanalibus, quę pridie ciueralium celebrabuntur, ſeceſſum poeticum oblectato.

## LEX.

Epigramma quodq́ hecedecaſtichon ne excedito: citra, ſi libet, conſiſtere fas eſto.

## CERTAMEN QVARTVM.

ARcus dedicationi in optimi pontificis honorem erecti, qui elogium inſcriptionem vę ex venerandę vetuſtatis imitatione protulerint: horum qui iudicum punctis palmam tulerit, ſubſericeam telam vlnarũ trium: Qui proxime ſubſtiterit heliotropinam accipito.

## LEX.

Elogium maiuſculis notis deſcriptum, intra quintam lineam conſiſtito.

## CERTAMEN QVINTVM.

QVoniam hiſpanica Muſa lepore, ſalibus, feſtiuitate, argutijs, cum Graia latinaq; cõtendere nonnũq; poteſt: huic quoq; ſuus honos in certaminibus, ſuusq; locus eſto. Quare qui propoſitos vernaculos rythmos paraphraſi periphraſi ve, quam noſtrates poetę gloſſam vocant, aptiꝰ venuſtiuſq; explicarit: huic auicula egregię ſtridula, ab ipſis vſq; fortunatis inſulis petita. Proximo vero cythara cedrina ſuaue ſonora, donum eſto.

Rithmi vernaculi.

Sepa cierto la virtud
que ſera remunerada
aunque mas eſte encerrada.

## LEX.

Gloſſa ſeptimum verſum ne tranſcendito.

## IVDICES.

PRemiis iudices, S.C. dati viri erudítiſſimi, grauiſſimiq; Ludouicus cathena Cãcellarius, Honoratus Ioannes eques valentinus. Fernandus Mataticus canonicus. Horum iuditia firma rataq; ſunto: ab hiſq; nulla prouocatio eſto.

## IVDICVM LEX.

Iudicijs exercendis, nihil quiſquam gratię, inuidię ve
dato. Ius faſq; tantum reſpicito. Qui ſecus faxit, is ho
mines inſenſos, deum vltorem expectato.

Edictis porro ad huuc modum promulgatis, facile qui
dem intelligere licuit, magnam eſſe contentiōis vim, quę
vt ſapientiſſime ab Heſiodo dictum eſt, καὶ ἀπάλαμνόν
περ ὅμως ἐπὶ ἔργον ἐγείρει hoc eſt: vel manibus carentem,
ad opus concitat, nihilq; poſſe in bene inſtituta ciuitate
commodius fieri, quam ſi pręmiis propoſitis, per ęmula
tionem negotia tractaretur. Excitatur enim ita multorū
animi, & neſcio qua glorię cupiditate ducti, vim ingenii
humani patefaciunt, quod aloqui plus habet in receſſu,
quam poſſit quiſquam ex fronte coniectare.

Quartus tantummodo dies terminus certaminis cō
ſtitutus eſt, & quod vix fidem apud alios impetrabit, in
his ipſis anguſtiis tot9 ferme carminum, epigrammatū,
inſcriptionum, & iconum acceruus, quem ſtatim pro
poſitum cernis, ad Rectoris ſcrinia viſebatur: adeo incre
dibilis ardor mētes omnium, eo tempore occupauerat,
ſiue ea eſſet feliciſſimi Præſulis fortuna, cui9 auſpiciis iſta
gerebantur. Siue Scholæ Complutenſis profectus: vbi
humaniores diſciplinę vigent, liberaliter ingenia inſti
tuuntur, & illuſtris pariter ac doctiſſimi viri domini Ioā
nis Hurtado beneficio, cui cognomen a Mendoza eſt, in
hiſce luſibus exercitata ſunt. Qui vt eſt doctrina & inge
nio non vulgari, multumq; in poetica eruditus, ac bono
rum ingeniorum fautor, iam aliquot retro annis multi
plicibus thematis propoſitis, additis inſuper elegantib9
eiſdemq; gratiſſimis pręmiis, poetarum Complutenſiū
choros exercuit. Paratę etiam actiones ſunt, & quicquid

vnquam hilaritatis excogitari potuit, ſedulo ab omni-bus curatum eſt. Verum vt principum res incertę ſunt, habentq́; ſingulis momẽtis ſuas vices, vſq; in idus Aprilis exoptatiſſimus aduentus dilatus eſt.

Sabbato ergo, quod pridie Dominicę palmarum eſt, vterque Complutenſis Pretor, ſacer videlicet & vrbanus reliqui etiam populi primarii, duobus ferme miliaribus Madridiũ verſus, qua ille veniebat, equis ſublimes pro-greſſi ſunt: vndique tubis claſſicũ ſonantibus, quæ ficto cuidam militum manipulo, veram tamen aciem effingẽtium, bellicum ſpiritum & ardorem concitabant: operæ preciũ videre erat, qua illi ordinem diſciplina ducebant, qua religione locum tuebantur, utq; omnes in vnum col-lecti, Imperatoris ſigno obtemperabãt. Ornabat eos cul-tus ſplendor, quem quiſque vt poterat alegantiſſimũ cu-rauerat. Satis predę hoſtibus fuiſſent, quod ab Anibalé dictũ eſt, ſi res, vero diſcrimine agereter. Sequebatur ſta-tim vniuerſus ſacerdotum Chorus, qui & ipſi quoque ad eandem diſtantiam, cum populo venerant. Quos ille omnes benigniſſime, ſuſcepit, ſedulitatem, & offi-cium laudans. Imterim tamen Georgius Genzor, Scholę Rector, conuocatis ad ſe patribus, & literario populo, ad oppidi portã, quę Caracenſis dicitur, fermę per horę dimidium venientem Pręſulem operuit, qui ſalutationi-bus vrbanis occupatus, ſeſe ante explicare non potuerat, donec ſtrepitus exaudiri cœpit: nec iam longe abeſſe cer-tũ fuit, Proceſſere tũc literarii ordines ornamentis ſuis in-ſigniti. Viſumq; eſt quod caſu gerebatur, maximi cuiuſ-dã & auſpicatiſſimi ominis ſpẽ vniuerſis in animos inijce-re, propeq; ab omnib9 inclamatũ eſt: Benedict9 qui venit in nomine Domini, inclamatũque eſſet, vt corde cócipie-bant; niſi religio quędam vetaret, alicui hominum

vocem applicare, quæ Dei filio quondam dicta eſt. Acceſſit ille tandē humanitate & beneuolentia plenus, Rectorē deinde amiciſſime allocut9, pro officioſiſſima ſuſceptione verbis & vultu gratias agebat: ad aliosque ordines cōuerſus, prout erat illi vnuſquiſque obuius, ſalutabat, dimittebatque: donec ad publicam portam ſiſtens, verbis conceptis iuſiurandum de more exhibuit, de immunitate Complutenſibus ſeruanda. Hinc eſt in oppidum illico ſuſceptus, lętęque omnium adclamationes auditæ, populus vniuerſus, partim tectorum culminibus, partim feneſtris conſpicui viſebantur. Qui vero viribus freti ſuis erant, Pręſulem pedites quacunque ſequebantur.

Subiitque mentem ſæpe cogitatio, veriſſimum eſſe quod Xenophon ſcripſit. Honorem quedam humano ampliorem viro Principi comitem a Deo additum eſſe: neque enim iam eiuſdem ſortis cum aliis cenſetur, prorſusque videtur ſublimior, quam vt ab humanis incurſibus impetatur. Vnde ſi quid illi aduerſum aliquando accidit, aut naturę lege fatis concedit, longe aliter animos percutit, quā ſi id priuatis accideret. Quare cometę illico quęruntur, occultiores cauſę examinantur, & quaſi extra leges naturę eſſet, ſtupor oboritur, quod eiſdem paruerit. Sed quid mihi nunc in re fauſtiſſima ad ſeueriorem conſiderationem ſenſim, mens & ſtylus dilabitur? Procedebat ille vlterius, ſed lento & tardiſſimo gradu, tanta erat obuiatiū multitudo. Nec ſatis erat ſpacioſiſſima, eadem que longiſſima Compluti via, cuius capacitas & amplitudo, vetuſto maiorum prouerbio celebrata eſt, ad confluentem populum recipiendum, qui partim noſtras, partim externus Præſulem ingredientem comitabatur. Porro tota illa celebris platea, quæ alioqui primum venienti, variis opificum & mercium generibus, emporium quoddā videri ſolet, qua ab oppidi porta ad olitorium forum, per

mille & ſexaginta paſſus recta porrigitur, tapetib9, aulęis aliiſque permultis ornamentis, quę viſum oblectarent, referta erat. Sed ante omnia ſcholæ arcus oium oculos ad ſe rapiebat, ac ſtupore & admiratione quapiam, ſpectantes attonitos tenebat. Tres illi erant Iutones peruiæ: media capacior, minores aliæ, ſed quæ currum vtraque reciperet. Surgebant e baſibus ingentes pilę, quib9 ſuperpoſitæ trabes immane dorſum conſtituebant, coronamentum id recte quis dixiſſet. Verum ſupra hęc, acroteria ſtructa ſunt, vtraq; parte ſcamillis diſtincta, vulgus id opus cancellatum appellat. Biceps aquila Imperij ſymbolum adiunctis aliis regiis inſignib9 huius loci medium occupabat, cuius latera per interualla, tum Franciſci patroni pentadecas, tum ferrū & ſilex, velut ſtipatores claudebant. Opus videbatur ex lapide quadrato, ita coloribus & lineis, certis ſpacijs diſſectum erat. A fronte arcus, ita enim partem appello, quæ primum Præſuli venienti ſe offerebat, in pila quæ ex dextra pte ſurgebat, vterque Antiſtes depictus cernebatur, Franciſcus Ximenez ſcholæ patronus, & Ioannes Siliceus qui tunc ingrediebatur mutuis ſe amplexibus petentes. Diſtichum hoc ſupra illos legebatur, quo Frāciſcus obteſtabat admonebatque,

*Accipe nunc pacem, quam tu preſtare memento:*
*Hactenus afflictis ædibus hiſce meis.*

E regione vero, in ſiniſtra pila, iidem præſules ſimul ſedentes mutuis ſermonibus videbantur oblectari, ex quibus Franciſcus ſcholam ſuam digito monſtrans, diſticho item appoſito dicebat.

*Hæc eſt illa domus ſophiæ, quam ereximus olim:*
*Te reparatorem ſentiat eſſe nouum.*

SVpra hos ex vtraque parte, duo noſtræ reipublicæ præſidia, Illefonſus & Eugenius, digniſſime quidem expreſſi erant. Vterque diuus, vterque etiam Toletanus Præſul, alterius nomine ſchola noſtra gaudet, alterius vero ſolenni feſto, quod poſtridie idus nouembris eſt, quot annis vniuerſis literarius populus Frãciſco patrono perſoluit exequias. Explicabantur hæc omnia duobus diſtichis, Illefonſo hoc aſcriptum erat.

*Aſpicis Alphonſum, noſtri huic eſt cura lycei:*
*Gaudet in aduentu nunc prior ipſe tuo.*

Rurſus Eugenio hoc.

*Scilicet Eugenius comitatur, utrumq; colendum:*
*Franciſcus dederat, nos tibi utrumq; damus.*

DE extrę itionis epiſtylio, ab ea parte qua parieti adheret, coxa proprio vocabulo a fabris dicitur, ad pilam vſq;, vbi Alphonſus erat, concertantium tabelle & depicta lintea ſymbola ſua, & iconas oſtẽtabãt. Res cũ primis ſpectaculo digniſſima & quã libẽtiſſime vniuerſi intuebãtur, nẽpe quod quiſq; ſuũ opus ibi agnoſceret, ab alijſq; videret id laudari. Carmina vero tam Latina, q̃ Hiſpana, aliaq; omnia exercitamenta chartis viciſſim cõſutis, intra medię itionis, fornicẽ, qua Pręſul ampliſſimꝰ ingreſſurus erat, ex vtraque parte legebantur.

Hic vbi primum conſtitit Pręſul viſendi arcus, vt ipſe innuebat, cupiditate captꝰ: verum hac vna ratiõe Scholę obſequijs abunde fauens. Tibię interim, tubæ ductiles, fiſtulæ & cytharæ, quæ dicuntur arcuatæ, aliaq; permulta muſica inſtrumenta, amæniſſimum concertum ediderunt, quo totus ille locus iucundiſſime perſonuit.

hinc & inde per arcus anfractus varijs modis Echo reſonante. Quibus ſimulatq; ſilentium imperatum eſt, atque aures præſentibus vacuę ſunt relictæ, e cœnaculo, quod ſupra dextram itionem erat, iuuenis quidã Lauro frontem redimitus prodijt, qui voce canora & ſublimi, ita vt ab omnibus exaudiri poſſet, veniẽtem ad hunc modum ſalutauit.

*Maxime noſtrorum Præſul clariſſime, ſalue,*
*Salue & fœlici ueneris auſpicio.*
*Lætatur populus, gaudet promiſcua turba,*
*Geſtit in aduentu, ſed ſchola noſtra tuo,*
*Exultant pueri, iuueneſq;, ſacerque Senatus,*
*Omnibus eſt uotum, quodq; precantur, idem,*
*Sit tuus ingreſſus felix, felicior omnis,*
*Succeſſus, ceptis conſona uita tuis.*

Prodijt & alius eodem habitu e ſiniſtro, qui voce clariore Iambicis numeris ad hunc modum Pęana cecinit.

*Sit fauſtus precor, tibi Antiſtes inclyte,*
*Aduentus hic nobis exoptatiſſimus,*
*Sit & fauſtus omnibus, felixque diu,*
*Tantumque tibi adferat lætitiæ,*
*Omni tuæ uitæ curſu perpeti,*
*Quanta hic populus hodie perfunditur,*
*Iſto tuo conſpectu fulgentiſſimo:*
*Ob idque a Deo uotis nunc efflagitant,*
*Vt qui primas factus es Hiſpaniæ:*
*Dignitate, opibus, & potentia,*
*Idem ſis primus omnium mortalium,*
*Felicitate, & ſucceſſu proſpero:*
*Viuas Tithoni annos & Neſtoris:*

*Et cum longæuo, terminus uitæ uenerit,*
*Talis ab hac ſede egrediaris cupiunt,*
*Qualis ad eam moderandam ingrederis.*

TEnebāt omnes attētos, modulātes iuuenēs, cū ſubi to in acroterijs, ex ſupremo cœnaculo. Adoleſcens laurea coronatus, veſte talari, eademq; candida indutus, qua noſtri ſacerdotes in ſacris vtuntur, Choragi, aut potius præloquentis officio fungens, voce diſtincta ad hūc modum excepit,

Choragus.

Sapientia quæ hic ædificauit ſibi domum mittit has ancillas ſuas, quę te, Præſul illuſtriſſime excipiant, venientem ad eius arcem, & ad mænia ciuitatis.

Subſecutus eſt illico ſororum Chorus, encyclopediam vniuerſam abſoluens, populeis frōdibus omnes coronatę, inſignia doctrinarum in manibus geſtantes, vt facile ex illis cognoſci poſſent, veſtib9 albis: vt choragus indutę: muſas quiſpiam aut oreadas diceret, choreas in Parnaſſo, aut in ſyluis ducentes. Inuaſit ſpectantes maxima religio, & in medio foro conſtitutis, eodemq; turbę refertiſſimo, videbatur ſecretior quidam locus, horrorem & ſilentium incutiens. Grammatica igitur ferula & flagellis pueris odioſa. Sed tunc propriis ornamentis decora: tribus linguis, quibus in primis excelliit conoinens, hiſce carminibus exorſa eſt.

*En ego grammaticæ, ſtudiorum ianua quodam,*
*Huius nunc apicis, quæ tibi cauſa fui*
*Obuia nunc eadem uenientem, prima ſaluto,*
*Felicem que tuis hunc precor eſſe diem.*

Eadem Gręce.

Ρωμαϊκῆς μήτηρ τυγχάνω, ἑλλάδα διδάσκω,
Κάδμος ἐμοῦ σωτὴρ, πᾶσαν ἔχω σοφίαν.

*Id eſt, Romani ſermonis ſum mater, Græciam doceo; Cadmo incolumitatē debeo, uniuerſā contineo doctrinam.*

Eadem Hebraice.

אני הייתי ראשונה ויש לי מפתחות החכמה
אני סתרת

*Id eſt, principiū ego ſum & ſacræ ſapiētiæ claues abſcondo.*

Logica deinde lubricas anguillas oſtentans, anteactam Præſulis etatem in memoriam reuocans, ita eius auxilium implorauit.

*Te excolui iuuenem logice, atque in culmine noſtro*
*Ante omnes poſui, nunc mihi redde uicem.*

Rhetorica vero munditiarū & cultus ſtudioſa, ſiniſtra manu ſpeculū geſtans, dextra vero fabrilem limā, hocce diſticho venientem admonuit.

*Aſt ego te ornaui dicendi diuite uena,*
*Tu ruſus noſtram condecorato domum.*

Arithmetica numerorum perita, rationum tabulam & ſtylum preſeferens, dominici gregis numerandi curā ad hunc modum ſedula iniecit.

*Te docui numeros in tanti muneris uſum,*
*Nempe Deo ſcires ut numerare gregem.*

Geometria poſtmodum circino metiens, ac ſuis limitibus neminem defraudans, ad æquitatem & mēſuram incitauit.

*Me noſti rerum menſuram, artemque tenere,*
*Pro merito ut reddas præmia cuique ſuo.*

Muſica vero cytharam pulſans, vitę & morum compoſitionem, carmine pulcherrimo ita commendauit.

*Inter concentus non ſit tibi gratior ullus,*
*Quam ſi uita ſacro conſonet eloquio.*

Aſtrologia, quę cœlũ incolit, inſtrumentis ſuis ornata, ſcientię quam tractat vanitatem contemnens, ad longe meliorem peritiam, ita diſticho adhortata eſt.

*Quam ſis utiliter noſtra uerſatus in arte,*
*Moribus ætherëis, & pietate doce.*

Proceſſit morum magiſtra philoſophia, cuius quondam profeſſor Pręſul fuerat: quare veluti in propria poſſeſſione vitę cuiuſdam puriſſimę exemplum, ab illo ad hunc modum Seuera requiſiuit.

*Qui morum quondam per me præcepta dediſti,*
*Exemplum quod nunc turba ſequatur eris.*

Oſtendebat aliunde fulgura, & nubes, herbas, & metalla quę naturalem partem ſpectant, diſticho itidem ad hunc modum expoſcens.

*Naturæ uires, rerum cognoſcere cauſas*
*Per me gaudebas, nunc memor eſſe uelis.*

Huic comes veniebat medicina, Aeſculapij baculo innixa, ſerpente is complicatus eſt, quod ſoleat illud animal medicatis herbis ſenectam exuere, & vires priſtinas rurſus ſuſcipere. Canebat ita hæc ex artis præſcripto.

Aegro

*Aegrotis animis ex nobis diſce mederi,*
*Dulcia nunc adhibens, nunc & acerba tamen.*

Acceſſit e veſtigio pontificij iuris ſcientia, poteſtatem ſuam tyara quam manu tenebat indicans; operam & auxilium ita pollicens.

*Adiutrix adero, diuini ſanctio iuris,*
*Vt populos ſancta pace, fideq; regas.*

Sed cunctis altior veniebat ſacra Theologia, aurea corona tegebat caput, dextram manum lilium illuſtrabat. Quę terrena omnia prætergreſſa, ad ſublimiorem illam & ſanctis hominibus promiſſam ſpem, ita diſticho animum erexit.

*Te inſtitui ut peragas, quæ premonuere ſorores,*
*Si facis hæc, cœlo præmia magna paro.*

Schola tamen, quæ iandudum tacitis gaudijs, intra pectus geſtiebat, nequaquam vocis modulos morata, totã illam chariſſimam ſobolem illuſtriſſimo pręſuli obtulit hoc diſticho.

*Has ego, meq; tibi totam offero, maxime Præſul;*
*Tu meus, ut ſpero, conditor alter eris.*

NOndum Schola carmen finierat, cum iuuenis quidam Appollinẽ referens, ceſarie & pharetra arcu item argenteo cõſpicuus, increpanti ſimilis, ſorores illas ſuas ad feſtiuiores modulos inuitans, blande quidẽ & citra amarulentiã, Saphicis numeris ad hunc modũ obiurgauit Appollo loquitur.

Quid iouis natæ facitis puellæ
Cur iuuat ſtultis monitis, neq; huius,
Temporis, ſanctas onerare magni

Præſulis aures?

Improbe a uobis fit & impudenter,
Nec modũ ſcitis penitus tenere,
Non in hoc munus, neq; uos in iſtos

Duximus vſus.

Non eget ueſtris monitis, neq; ullo
Prorſus ornatu, ſapiens, & unus,
Mente qui alta, conſilioq; magno

Prouidet orbi.

Scitis hæc illum didiciſſe quondam,
Scitis hæc illum docuiſſe quondam,
Aere quid uili precioq;, glaucas

Fertis athenas?

Eſſe omittetis citius quod eſtis,
Scire quod ſcitis prius & ſinetis,
Affatim quam quæ docuiſtis omnes,

Deſerat vnquam.

Poſſit, eſt illi a Sophia tributum,
Vt uelit, præſtat pietas, & imo
Pectore, excelens animoq; ab ortu

Inſita virtus.

*Quin placet lætis potius camœnis,*
*Patris aduentum celebrare magni,*
*Vocibus feſtis, reſonemus omnes*

Iam uenit, euge.

*Hoc opus noſtrum pariterq; ueſtrum,*
*Cernat ut uultus hilares, ob iſtum*
*Proſperum ingreſſum, & ueniat precemur*

Omine lęto.

*Vnus hoc ergo tibi ſumme præſul,*
*Omnium linguis precor, & ſalutem,*
*Maximam porro tibi dignitatem*

Gratulor iſtam.

*Arduo qui te ſolio locauit,*
*Et ſuæ ſponſæ uoluit patronum,*
*Is tuos greſſus regat, atq; geſta*

Cuncta ſecundet.

*Donet is ſanę pyliam ſenectam,*
*Sed magis lenem, placidam, beatam,*
*Dextera ut fauſtos ſimul & ſiniſtra,*

Computet annos.

*Et quo is ex alto moderatur orbem,*
*Spiritum inſtillet tibi, Chriſtiane,*

*Vt nos ſemper populos gregemq;*

**Pace guberne.**

*Quinq; ut acceptis modo de talentis,*
*Reddita exacta ratione, mandet*
*Primus ut fias omiumq; ſummus.*

**Paſtor in orbe.**

DIſciplinę vero, quibus muſarum appellationem ſi ne diſcrimine in hoc loco tribuimus, appollinis ad uentu lętiſſimę, eiuſq; præſentia ad modum gauiſſę: illico monitis obtemperantes, eiſdem quibus ille numeris: & ſimul Antiſtiti aduentum feliciſſimū gratulatę ſunt, & Muſica Cytharam, quam gerebat, Apollini tradidit, qua ille occinentibus fides pulſaret, atq; pollice aberrantes dirigeręt.

Muſæ.

*Nos tibi cunctæ pariter ſorores,*
*Ne graues ſimus nimis, aut moleſte,*
*Hæc breui, a diuis eadem precamur.*

**Supplice voto.**

*Iuſſa ſed Phebi peragamus ipſæ,*
*Vt chorus noſter, modulis & alta*
*Voce, patrono ueniente noſtro.*

**Per ſtrepat omnis.**

*Phœbe tu plectrum Cytharamq; ſumme,*
*Qua ſoles pulſans modulatione,*
*Nos tibi carmen ſimul accinemus.*

## Quod meditamur.

Hic ſtatim ad impares verſus, quib9 ſunt exorſę rēdeuntes, hexaſt:cho lepidiſſimo, quod nimirum Apollo dictauerat, Vt ingrederetur ampliſſimus Antiſtes, voce ſuauiſſima bene ominātes comprecatę ſunt, vbi admirabilis vocis flexus, & iocundiſſimus vocis concentus, quo vniuerſi preſentes oblectati ſunt, omnem dicendi Characterem ſuperat, nec a me poteſt vllis verbis explicari. Carmen vero huius modi eſt.

*Ingredere in noſtram Præſul fæliciter arcem,*
*Ingredere, & fauſto limina tange pede.*
*Expectata diu dones, ut gaudia nobis,*
*Ingredere, & fauſto limina tange pede.*
*Sic pompa ſimili, longæ poſt tempora uitæ*
*Intres excelſi limina ſacra poli.*
*Ingredere, & fauſto limina tange pede.*

Intromiſſus eſt tandem ampliſſimus Antiſtes, diſciplinarum admonitionibus gauiſus, rectaq; iam ad templum procedebat, quando a tergo ſubitis clamoribus, velut mulieris auxilium implorantis, vultum conuertere coactus eſt.

Audi me miſeram Præſul illuſtriſſime, audi me exulē aſſidue inculcabat, donec ille caput atollens, iuris ciuilis peritiam aſpexit, nudum enſem nequiq̄ gerētem, apud nos enim ex Frāciſci patroni inſtituto, qui rem tantūmodo theologicam omnibus modis augeri cōtendebat, nullum ciuili facultati ius, neq; imperij, neq; comercij, in noſtra rep. conceſſum eſt. Quod tamē nequaq̄ ab illo ex animi ſententia factū fuiſſe, vel id vnū argumēto eſt, quo circunſpectiſſimis eiſdemq; optimis decretis ſuis, faculta-

tem liberam permiſit, noua contubernia ac nouas item ſcholas erigendi. Verum illius etatis incomodis proſpiciens, quę tota iuris conſultis plena, theologorum inopia apud noſtros laborat, iuris peritiã a gymnaſio ſuo exclu ſit. Quare cum illius voluntati abunde iam ſatis factum ſit, & academię noſtrę beneficio, tot theologi paſſim prouenerint, Mecænatem quempiam, expectamus qui illam exulantẽ ad nos reducat. Nam vt de ceteris damnis taceam, quę ciuilis facultatis abſentia, Schola noſtra perpeſſa eſt, nemo eſt qui inficias ire poſſit, Partem illam ſacrę theologię quę de lege naturę tractat, ſuum ius vnicuiq; tribuit, nemineq; patitur ſuo debito fraudari, huius auxilio imprimis inniti? Summam hanc legem alicubi, ęternam alicubi, appellat Cicero, que nimirũ vniuerſum mũdum imperandi prohibendiq; ſcientia, maxima quadam ęquitate gubernat. Iam vero ſciẽtia iuris pontificij quot modis mutila & manca claudicaret, ſi huius opera nõ ſubleuaretur? Quare ſtudioſorum numerum imminutum eſſe quotidie ſentimus, & in abſolutiſſimo diſciplinarum circulo huius ſedem vacuam conſpicimus. Verum vt nos in Propoſito pergamus, ſimulatq; Præſulem illa atentum intellexit, fortunam ſuam voce lugubri hoc pacto deplorauit.

*Exul & infelix, tanti ſum muneris expers,*
*Sola nec excipio, nec tibi læta cano,*
*Pulſa domo tanta, numeroq; excluſa ſororum*
*His noſtro exilio maxima damna tuli;*
*Tu, quem rebus opem, lapſis, & gaudia meſtis*
*Ferre deus voluit, me rogo redde mei..*

Tunc inſcriptiones, quibus arcus præſuli dedicabatur commode ab eo legi potuerunt, quę a tergo vtriuſq; pilæ literis ferme ſexquipedalibus, grauiter & eleganter ſcri

pte erant, earum exemplum ne quidpiam requirat, libuit etiam in hoc loco apponere.

# PRIMA INSCRIPTIO.

DEO OPTIMO MAXIMO, RES MORTALIVM IN MELIVS DIRIGENTI, ARCHIEPISCOPO TOLETANO, IOANNI MARTINO SILICEO, VIRO THEOLOGO, ET CLEMENTISSIMO PRAESVLI, SVPREMI DEI CONSILIO PER OMNES GRADVS HACTENVS PROMOTO, INVICTISSIMI CESAR. CAROLI. V. PIO IN RELIGIONEM OFFICIO, AD PVBLICAM VTILITATEM: SED POTISSIMVM AD MVSARVM COMPLVTENS. SALVTEM TOLETANAE SEDI PRAEFECTO, SENATVS POPVLVSQVE LITERATVS. F. C.

# SECVNDA INSCRIPTIO.

DOMINO IOANNI MARTINO SILICEO, PRESTANTISSIMO THEOLOGO, PHILIPPI PRINCIPIS SERENISSIMI PRECPETORI, ECCLESIAE TOLETANAE DIGNISSIMO ANTISTITI, SVMMO HISPANIARVM PRIMATI, QVI PAREM CVM TANTA DIGNITATE VIRTVTEM OSTENDIT, LITERARVM AMORE, AC PATROCINIO, INGENTIA MERITA CVMVLAVIT, ET COMPLVTENSEM ACADEMIAM IN SVMMAM PACIS, TRANQVILITATIS, INCREMENTI ET PROPAGATIONIS SPEM EREXIT, SCHO. POP. Q. COMPLVT.

VErũtamen ne homo digniſſim⁹, idemq; mihi multis de cauſis obſeruandus, colenduſq;, laude debita in hac parte priuetur, quod non niſi maximo piaculo, a me fieret: hic iam te lector admonitum volo, diſciplinarũ admonitiones cantilenaſq;, a doctore Ludouico Catena, viro in omni diſciplinarum genere peritiſſimo, excogitatas et compoſitas fuiſſe, cuius quantumcunq; indignationem timeam, nunq̃ tamen locum relinquam de earũ authore dubitandi. Hic ipſe igitur in ampliſſimi preſu-

ſis & ſcholę ſuę gratiā, a theologicis & grauiorib9 ſtudijs quibus perpetuo occupari ſolet, ad hec ludicra cōdenda non eſt omnino grauat9 deſcēdere. Porro hiſce omnib9 ad hunc modū peractis Pręſul recta ad martyrū contēdit varijs interim cantilenis & chorę is a Complutenſi popu lo ſuſceptus, nam et his etiā, in re gratiſſima cū ſchola noſtra cōtendētibus, arcū itidē fabricare placuit, titulis quibuſdā & hiſpanis verſiculis, non ſine linguę vulgaris acu mine exornatum inſignitumq;. Stabat is ad olitorium forum, qua ad ſacram ædem patebat addit9, Paruā morā fecit hic Antiſtes, nam in templū a principio feſtinabat, ad cui9 gradus ſtatim vt acceſſit, vniuerſa ſacerdotum cle rus ſuis ordinibus & locis diſtincti, ſacris veſtib9 & ſceptris reuerendi ac colorum varietate fulgentes, qui oculorum aciem perſtringerent, hymnum ad hos vſus comendatiſſimum, alternis vocibus canētes aſtitere, illumq; me dium ſuſcipientes, intra templi limen inducūt. Vbi poſt ſuplicationes & vota habita, reuerentiam & obſequium antiſtiti ſuo omnes exibentes, manum, vnuſquiſq; ordine accedens, more maiorum deoſculatus eſt. Hinc ad ædes ſuas, quę tunc ab anguſtijs occupatę erant, ad eas ſalutandas greſſus direxit. Cumq; e regione palatij conſtitiſſet, ne vlterius procederet impeditus (vt pote fictis illis militibus pręſidium quoddā, quod ea de cauſa ibidem ſtruxerant obſidentibus, expugnantibuſq;) vmbraticam illorum pugnā ſiue potius Panicos terrores ſpectare coactus eſt. Facili negotio res confecta fuit: nempe certamine incruento rem agentibus: etiam ſi omnem truculentiam & feruorē, velut in pugna atrociſſima adhibuerāt.

Recepit ſe tandem in palatinam domum, atq; e noſtro conſpectu ſubtract9 ille ſimul & ſol nos deſeruit, qui iam dudum inclinato die, alios fortaſſe triumphos aliaſq; pōpas viſurus properabat,

ILluxit ſacer oſchophoriorum dies, cuius antè meridianũ tẽpus (quod ab Homero cęteriſq; vetuſtis ſcriptorib9, qm̃ rebus diuinis peragendis dicatũ ſit, aut fortaſſe, quod hominum actiones ea parte diei, commodius exerceantur ἱερὸν ἦμαρ appellatur) tum ſacris audiendis, tum eiſdẽ celebrandis ab Antiſtite tranſactũ eſt. Sacerrimum triũphũ, eo die myſteria noſtra celebrant, quo omnem faſtum, & humanã ſuperbiã Chriſtus Ieſus ſeruator noſter, & idẽ dei filiu9, aſinę inſidens conculcauit, & peſſum dedit. Libuiſſet in hoc loco alta ſilentia, quod Maro dixit rumpere, & obductũ dolorẽ verbis euulgare, totumq; odiũ quod aduerſus perdi'iſſimos hominũ mores concepi euomere, niſi & preſentis negotij materia retardaret, quę tota lętitiam & amenitatẽ expoſcit, & ampliſſimi prę ſulis, cuius nunc ingreſſum deſcribimus, ſanctimonia & pietate crederemus: aureã illam ſanctiſſimorũ patrũ etatem, velut lumen quoddã reuocandã eſſe, quod ab hac tetra & horrida caligine, qua nõ modo vulgus hominũ, ſed ipſe noſtrę religionis colũne immerſę ſunt, in meliorem ſtatũ dirigat, aliaq; luce & ſplendore illuſtret. Vidimus enim paruo hoc tẽpore, quod apud nos immorat9 eſt, nullis magis aditũ ad ipſum patere, quã contẽptis pauperib9 & deſtitutis viduis, illorũq; ſermonibus adeo non grauari, vt nuper ſuę diocœſis oppida perluſtrans, inopes om̃s ad conuiuiũ vocauerit, & eius triclinijs ac lectis, dñm Ieſum ſub illorum ſpecie ante oculos proponẽs, & dignat9 & venerat9 fuerit. Illorũ ſermonib9 oblectabat̃, & ab apoſtolo Iacobo edoctus, nequaq; pauperib9 ſpretis, aut ſub pedũ ſcabello collocatis, in eos oculos ſolũ intendebat, q aut aureo annulo ornati, aut veſte candida perfulgentes, ad ipſum ſuperbi & elati ingrediebantur. Quimpotius turbã iſtorũ fugiens, & p̃meditatas, eaſdemq; onerofas ſalutationes, aut quod verius dixerim aſſentatiõe plenas,

ad huc per oppidula ruſticorum vagatur, & procul ſe-cedens ab aulico ſtrepitu, totus occupatur in miſerijs ſu-bleuandis, quibus vniuerſa tenuiorum hominum mul-titudo, hiſce duriſſimis temporibus afflicta eſt. Vo-cat omnem ſexum ſine diſcrimine, omnesq́ ad labo-rem adhortatur, cuius tantummodo pręſidio diram fa-mem propulſandam eſſe, diuino oraculo pronunciatum eſt. Verũtamen, quos ſedulo id agentes conſiderat, laudat primum & opem omnem exhibet: quos vero ob igna-uiam & deſidiam in rerum penuria verſari intelligit, & il-lis quoq́ remedium preſtat, adhibitis tamen ſeueriſſimis obiurgationibus, ne ſeipſi inſigni parricidio, aut animis deiecti, aut ſocordes deſtituant. Nunq́ enim labor detre-ctando euitatur, verum contra ab amplectentibus diſce-dit: quod vnum preclarum genus admonitionis eſt, & an ſit aliud ſalubrius neſcio, quod hominem preſentius a vi-litate & indigentia vendicet. Iam vero miſeris mulercu-lis, quibus ficulneo quod dicitur pręſidio, hoc eſt tela & colo victus queritur multipliciter fauorē preſtat. Vt enim ſexus imbecillis eſt, omniq́ prorſus conſilio priuatus lon-ge aliud auxilium requirit, alias admonitiones expoſcit, & blandimentis potius quam minis, ne animum deſpon-deant confirmandę ſunt. Accedunt ad eum proprias que-relas vnaqueq́ referens, iuuat ille omnes & conſolando, & conſilio, & re adhibita. Proinde quę nuper deſolatę ve-nerant, bene ſperantes in domum reuertuntur. Quis mi-hi nunc Ciceronis copiam, aut Demoſthenis vim cōcede-ret, ad optimi Pręſulis pietatem, pro dignitate & meritis explicandam, dicam tamen inconditę, vt potero: nam ſa-tis res a ſe ipſa commendatur. Tot vbiq́ calamitatibus & anguſtijs ab ampliſſimo Antiſtite pſpectis, dolēs innu-meros pauperes, in plateis nudos offendi, paſſim eſurien-tes & egenos oſtiatim per vicos incedere: & inde ſepenu-

mero conuitijs oneratos truculente & atrociter repel-
li, intelligensque vniuersam ſcripturam nihil frequen-
tius vbique admonere quam de aliorum incommodis
iuuandis: neque ſe a deo in alium vſum tantum paſtorem
effectum eſſe, quam vt cura & ſapientia ſua, commiſ-
ſę oues ſalutem reciperent, atque de pabulo eis prouideret:
quantumcunque loculos ſibi exhauſtos eſſe minime igno
rabat, atque Toletanę ſedis vectigalia non niſi in poſterum
annum pendi: hinc & inde pecunijs collectis, quę viro
potentiſſimo citra vllum negocium offerebantur: a viris
omni fide probatiſſimis audiui. Tricena millia aurearum
coronarum in pauperum alimenta, per eius quęſtores di-
ſtributa fuiſſe. Quibus vt fit, ne ſe tãto ęre alieno obſtrin
geret admonentibus, atque vt parcius cum pauperibus age
ret alijs atque alijs prętextibus obtẽdentibus: Quid illis, in
quit, moleſti eſtis? aut quid mihi nunc parſimoniã obijci
tis? An non illi ipſi quę ſua ſunt repoſcunt? O immen-
ſam eandemque a deo inſpiratam miſericordiam. Quis
vnquam Thobias, aut quis Mardocheus pereunti populo
plauſibilius ſuccurrit? Quis apud gẽtes Alexãder, aut Põ
peius maiorẽ erga ſuos liberalitatem exercuit? Viuat ille
diutius precamur, ſemperque in incepto perſiſtat. Verum
quo nos propoſiti obliti, impetu dicendi incitati rapi-
mur, atque latiſſimum campum ingredimur, vbi vires &
animus deficiant? Vnum tamen ſolum adidero, ne hęc
a me, aut in gratiam fuiſſe dicta, malignus aliquis inter-
pres opinetur, aut ſi mitius nobiſcum egerit, a negocio
aliena reclamitet, ea de cauſa huc me digreſſum eſſe, vt ni-
mirum intelligamus, grauiſſimo hoc & duriſſimo anno
(quod tanta difficultate & inedia, ob grauiſſima pculdu
bio & aſſidua ſcelera, quibus ſupremum numen iratum
reddimus, charitate ãnonę laborauit) veluti naufragis ca
ſtores, aut in tragoedia ſubitos deos, ita hunc miſericordẽ

eirum Hiſpanis afflictis, portum & preſidium apparuiſſe. Oſchophorijs igitur, alijſq; omnibus myſterijs religioſiſſimi diei celebratis, quicquid reliquum temporis fuit, audiendis pauperibus, eorumq; ſupplicibus libellis legendis conſumptum eſt. Poſtera die ad ſcholam venies Rectori & collegis ſeſe vltro conuiuam obtulit, vbi incredibili humanitate illorũ meſę vnus accubuit, depoſitaq; omni maieſtate & faſtu, eiſdem quibus illi & miniſtris & poculis vſus eſt. Nec iam Pręſulem Toletanum agnoſcentes, ſed ſodalem & ſuauem conuiuam. Secundę menſę iucundiſſimę fuerunt, adoleſcentibus quibuſdam intromiſſis, qui Hieronymi vallij opera, viri apud noſtros in hiſce humanioribus ſtudijs impenſe docti, epithalamiũ illi ecinerunt, de nouis cum eccleſia Complutenſi nuptijs. At poſtq; fames epulis exempta eſt, menſęq; remotę, ad ſeueriores ſermones antiſtes conuerſus, quod alias ampliſſime pollicitus fuerat, multis inſuper eiſdem de rebus colloquijs habitis, quæ non ſunt hactenus euulgata, denuo animos omnium confirmauit. Octo millia ſeſtertium rectori obtulit, quib⁹ pauperes ſcholaſtici, qui & illi quoq; ſterilitate anni premebantur, in audiendis lectionibus perſiſterent, nec cogerentur a Gymnaſio diſcedere. Libellũ poſt hæc ſtudioſorum petijt, necnõ virorum eruditorũ, vt de illorum nominibus admonitus, poſſet ſingulos pręmijs exornare, cum preſertim, ita enim aiebat, perſuaſum haberet, paſtoralia munera & eccleſiarum gubernationes indoctis, aut profanis hominibus, non ſine maximo piaculo, committi. Erant eo die pręmia publicanda, & victoribus, a iudicibus reddenda, ſed per tẽporis anguſtias non licuit, aut fortaſſe mutato conſilio, in aliud tempus reſeruari placuit. Interim tamen hęc paucula, quę ex immenſo quem diximus Chartarum aceruo, ſeſe primũ quęrenti obtulerunt, ſenatus literarij conſulto, in publicum

em ittere decretum eſt, omniaq; prorſus ędita fuiſſent, niſi voluminis magnitudinem timeremus, quod alioqui breuitate placere cupimus, neq; enim verendum vllo pacto erat, inuitis muſis quicquam eo feſto excogitatum fuiſſe: cum preſertim Auguſtiſſimi principis Philippi numina, cuius laudes ante omnia cantabantur, fauorem pręſtitiſſe, proculdubio exiſtimemus. Quare ne nobis indignentur obteſtor, qui ſuos hic luſus nō agnouerint, nam vt in rebus, quę nullo officij iure nos deuinciunt, quicquid fiat boni conſulitur: tum quod nemini alias debet, primo petenti citra cuiuſquam iniuriam conceditur, ita vt hęc primum in manus inciderunt, neq; omnino ſpernenda viſa ſunt, in hunc catalogum apponere placuit, ne ſit quod auidi lectores deſiderent, aut nos negligētię aut malignitatis culpent, qui omnia tandem ſupprimere uoluerí  ıs.

Carminum heroicorum pentadecadibus primus locus conceſſus eſt, deinde Epigrammata appoſita ſūt, ſubſecuntur ſtatim inſcriptiones, quibus Hiſpani rhythmi ſuccedūt, vt linguę vulgaris, quę non facile cęteris cedit, ſpecimē aliquod exhiberemus. Vltimo tandem tabellarum exempla, ſuis figuris expreſſa ſunt, nonnunquam tetraſtichis, & aliquando hexaſtichis appoſitis, prout ratio picturęq; poſtulabat: vbi ſi minus authorum ſenſus aſſecuti ſumus, maleq; coniectorem egimus, noſtrę huic ſedulitati condonent, cui ſi in tam ſcitis, eiſdemq; varijs rerum imaginibus, non omnino aberrare cōtigit, abunde quidem præſtitiſſe exiſtimetur. Quod ſi illi hanc curā ſuſcepiſſent, bona nobis laboris pars, ea fuiſſet diligētia, ablata. Alioqui vero neceſſe erat in ſtudioſi lectoris gratiam, qualencunq; explicationē addere. Principio tamē intercalare carmen, ſexto quoq; verſu in orbem recurrens auidis lectoribus offerre libuit, quod in celebrationem no-

al pontificatꝰ, dñs Ioannes Hurtado Mendoza preter le-
ges a Rectore indictas, feſtum noſtrũ exornaturus luſit.
Carmẽ aũt intercalare, verſiculorũ ſententiã continet, qui
Hiſpanis poetis propoſiti ſunt. Saphicum e veſtigio ſe-
quit̃, quo ſe ad Muſam heroicã incitat Rua Soricẽſis gym-
naſij moderator, vir recõditę eruditionis, & qui in hiſpo-
litioribus ſtudijs ingentẽ quidẽ laudem, ſed non omni-
no quã meret̃ aſſecutus eſt. Miſſit ille Pẽtadecadas, ſyluas
& epigrãmata, quę etiã ſi Acephala & ſine nomine feran-
tur, ſatis ſuũ authorẽ produnt: neq; enim piguit emeritũ
virũ, diuq; iã ex illis vnã quos ἀκινήτους appellant gręci
in certamen nobiſcum deſcendere. Reliqua deinceps, no-
ſtrę ſcholę partim eruditorũ hominũ, partim ingenioſo-
rum adoleſcentũ exercitamenta ſunt: qui ab ſtudijs ſuis
tantiſper diſtracti, Rectoris voluntati iuxta leges preſcri-
ptas propenſiſſimi paruerunt. Quorum nominibꝰ, ita
eiſdem approbantibus ea de cauſa pepercimus, qm̃ cum
potuiſſent meliora preſtare, iſta quidẽ omnino contẽpſe-
runt, tum etiã quod ineptiſſimũ eſſe videbatur, ſi quod
per luſum ab illis factũ eſt, ſerio in publicũ a me nũc ędere-
tur.

Intercalare Carmen.

Te regnante quidem, Rex inclyte Carole Cæſar,
Et tua regna pio nato moderante Philippo,
Dum vos afflet amor cœleſtis Regis IESV,
Qui mare, qui terras, Erebum, cœlumq; gubernat
Cuncta videns, & cuncta fouens, & cũcta penetrãs,
Præmia certa feret, quantumuis abdita virtus.
Et merito magnas grates, laudeſq; Philippe,
Nunc tibi habet felix, te Principe Iberia noſtra:
Et q; ſe foueas æquo moderamine lenis,
Quodq; tui ſilicis iam iam noua flãma coruſcet,
Et quia dum patrij regni moderaris habenas,
Præmia certa feret, quantumuis abdita virtus.

Recte & rite monens, hæc vt ſua regna bearet:
Oraſti patrem Silicęo reddere ſacram,
Mitram, cui primas deffert Hiſpania tota,
Iecisti penitus bene fundamenta decora,
Quod ſi pergis eo, quo te mens ignea duxit,
Prœmia certa feret quantumuis abdita virtus.
Exoraſti etenim ſupplex, quodcunq; petiſti,
Versum no. nũ ſic legito. Iapeto ve ſati ſimilis, qui ſedulus ignem.
Non veluti Phæton currus incenſus amore,
Ne ve Promethei ſimilis, qui ſedulus ignem,
Surripuit quondã cœlo, ſi credere fas eſt.
Sed quia dum patri monitis, precibusq; ſuades,
Prœmia certa feret, quantumuis, abdita virtus,
Abditus in ſilicis venis, latet igneus ardor,
Sit niſi, qui ſolers hunc ſollicitare metallo,
Curet, & excudat ſcintillas inde micantes,
Sic niſi fallor ego dum vobis vita manebit,
(Quæ precor vt maneat, vincatq; & Neſtoris ãnos)
Prœmia certa feret, quantumuis abdita virtus.
Et decus, & verum per mille pericula clarent.
Conſilio verum reſerat vis enthea mentis
Aſt decus eximium conatu friget inerti,
Terrigenas vicit ſilicem iaculatus Iaſon,
Vt lucet percuſſa ſilex, ſic pulchra labore,
Præmia certa feret, quantumuis abdita virtus.
Madridium teſtis noſtra eſt, quæ vrſaria quondam,
(Sicut Mena refert) igni circundata ſurgit
Carpentana eadem quoq; Mantua dicta putatur.
Quondam ſylua fuit, de ſylua en regia facta,
(Tam potis eſt cultus) quo ſi Deus adiuuet, vltro
Prœmia certa feret quantumuis abdita virtus,
Hic & ceſſit ei Carthaginis ante tyara,
Hic & mitra nitens nunc Toletana tributa eſt,
Hic vbi & ignis aquis incumbit amore perenni,

Hic vbi viua ſilex murales incolit vndas,
Atq; vbi ni ſtudium patriæ me ſpeſq; fefellit
Præmia certa feret quantumuis abdita virtus
Quamuis aſtra vigens virtus iam vertice tangat
Non tamen ipſa poteſt per ſe dare præmia iuſtis
Quis Deus omnipotẽs potis eſt dare præmia ſolus
Qui virtutis eis tribuit mentemq; animumq;
Sed tribuente Deo, quem ſunt penes omnia dona
Præmia certa feret quantumuis abdita virtus.
Conſumpſit penitus Gedeonis munera ſancti
Ignis de petra, qui flamma aſcẽdit edaci.
Non mala mens, non prauus amor, non ara Baalis
Non auri atra fames, fauor, atq; ſuperbia regni,
Non ingens numerus, nec militis arma, ſed ardens
Præmia certa feret quantumuis abdita virtus.
Fallor? an ægregium pendentis velleris aurei
Pignus amore pij Siliçei, & nomine gaudet
Et virtute ſimul flammis inſigne decoris
Igniferi ſilicis? vos o mihi credite muſę
Dum ſol conſpicuus ſine nubibus ambiet orbem,
Præmia certa feret quantumuis abdita virtus.
Eſt laudanda manus patris, mens atq; benigna
Principis, ars, animus, ſtudium ſolertia, cura.
Genzoriſq; vigor, qui agitat nunc pectora vatum
Sed Deus ante omnes Siliçei qui ędidit ignes
Qui ſi mente nitent, ſyncero, & pectore flagrant
Præmia certa feret quantumuis abdita virtus.
E ſilicis venis excudit vt annulus vſu
Scintillam nitidam, ſic veri ſemper amorem
Rex cœli inſinuet Siliçei in viſcera Chriſtus,
Venit enim in terras igem miſſurus olympo
Scilicet, vt flagrare queat, quo ardente profecto
Præmia certa feret quantumuis abdita virtus.

## SAPPHICVM QVO AD HEroicum incitatur muſa.

MVſa, ter quino modulare verſu,
Principis laudes meritas Philippi,
Quippe ſub tali numero iubemur

Claudere verſus.

Reſpondet Muſa.

Quin mones totum pelagus marina
Colligam concha potius, uel aſtra
Vnico demum numerem lapillo,

Vel maris vndas.

Vix erit uates, ſatis ille Homerus,
Indolis tantæ referendæ laudi,
Stridulæ nedum tua ruſticana

Tibia vocis.

author reſpondet.

Nolo maiorum repetas potentum
Gothicæ gentis ſeriem, nec ulla
Auſtriæ ſtripis monumenta clara,

Laudibus ornes.

Quippe ferrandos, Carolos, Philippos,
Vix poteſt dignis celebrare carthis,
Tota muſarum ueneranda cohors,

Cum duce Phœbo.

*Nec uolo cantes, maneant quot illum*
*Regna, quam multis dominetur oris,*
*Siue ſint illæ Heſperiæ utriuſq;*

Siue ſub arcton.

*Iſta naturæ decora, & benignæ*
*Sortis humanæ fuerint honores,*
*Quæ ſolet multis dare ſepe cæca*

Nortia paruis.

*Quanta ſed uirtus, quotuplexq; adornet*
*Regium pectus, referas præcamur,*
*Spemq; quam poſſint ſibi polliceri*

Subdita regna?

*Reſpon det Muſa.*

*Poſtulant iſthæc ſtudioſe multas*
*Paginas Phœbi, ſimul & fauorem,*
*Nec decet uili minulo recondi*

Piſtica narda.

*Sed tuis ut non præcibus repugnem,*
*Et mei uoti ſpecimen reponam,*
*Vtq; communi moduler ſaluti*

Proſpera facta.

*En meam ſummo cytharam quaternis,*
*Verſibus magni, ut celebrem, Philippi*
*Vnicam laudem, tibi Phœbe omittens*

**Cętera rerum.**

*Phœbe muſarum decus, & ſorores*
*Octo cum caſta pariter Minerua*
*Miror hoc magnum facinus Philippi*

**Quin celebratis.**

*Ille dum clarum meritis magiſtrum,*
*Inſula exornat cathedræ Toleti,*
*De quibus quæſo, bene ſic mereri*

**Forte putatis?**

*Gratiam muſis meritam rependit,*
*Suggerit doctis facilem patronam,*
*Lumen & toti heſperiæ, uel orbi*

**Tollit in altum.**

*Ergo tam multis meritis alumno*
*Huius & Carlo iuuenis parenti.*
*Iulij palmas, ſimul & præcemur*

**Neſtoris annos.**

## PRIMA PENTADECAS.

Hoc vbi contemplor, mecum permagne Philippe
Factum, quo excelſam Silicęum tollis in arcem,
Quæ tenet heſperio partes a rege ſecundas,
Officium grati, cupiens pręſtare magiſtro
Diſcipuli, video te gratum cuncta virorum

Vincere, quæ celebrat retro monumenta vetuſtas.
Siue lupam repetas, aluit quæ rara quirinum,
Seu caietani numeres pia nomina portus,
Seu memores cœli, dodonidas, arce locatas,
Seu Capram olenio, pauit quæ late tonantem,
Seu fabium, Auſonium, Frontonem faſcibus olim
Ornatos dicas, vanæ hi ſunt vocis honores,
Aſt conceſſus honos, abs te permagne Philippe,
Qui tenet indubie, Romano a Præſule primas,
Hoc opus eſt Carlo dignum, & te maxime princeps.

## SECVNDA.

Oh, quam blanda meos lactant præſagia, ſenſus,
Quæ modo percepi, Phœbo modulante, ſororum
Reſpõſante choro, & thyaſos ducente Minerua,
Namq; canebat, vti Carolo fera bella gerente,
Hoſtileſq; tubas, inuicto marte domante,
Regna paterna regat, prædulci in pace Philippus
Virtuteſq; colat, doctos, pioſq; benigno
Reſpiciat vultu, & ſaturnia ſecla reducat.
Inq; Toletano promoto præſule nuper
Et patris & nati, laudabant pectus, & altum,
Cõſilium, ſi quidem non ſolum gratia muſis
Pendĩtur officio tali: ſed dignus honore
Exhibito legitur, cuius ſub nominis vmbra,
Pax, pudor, atq; fides, honor, & neglecta redibit
Virtus, cumq; ſuo ditiſſima copia cornu.

## TERCIA.

O quam feſta dies, & quam fœlice lapſſu
Digna, Toletana qua tu Silicæe Tyara
Ornaris, quantam proh ſpem ſibi concipit omnis
Heſperiæ regio, imo tota eccleſia Chriſti:
De tam præclaris, & tot virtutibus, iſtum

Quę decorant animū, & faciē reuerenter amandam.
Per te religio ſperamus tuta quieſcet.
Per te, iam virtus iuſtos aſciſcet honores,
Et tutos Muſę ſperant te pręſule portus,
Aureaq; Heſperijs promittunt ſęcula terris,
Concedant ſuperi longam tibi magne Philippe,
Vitam, & multos alta cum pace triumphos,
Qui pręceptori cum debita præmia ſoluis,
Tam clarā toto producis lampada mundo,
Vnde tibi & Chriſto venient pręconia laudum.

Syluula, Iupiter alloquitur Mercurium.

Nate mihi dilecte nimis, cyllenie, noſtrę
Interpres mentis, ſeu nuncia mittere terris,
Seu ſuperos accire placet, ſume ocius alas,
In terraſq; citus delabere protinus, atq;
Muſas cum Phębo, charites, caſtamq; Mineruam.
Quęq; fauent claris virtutibus, omnia quęre,
Numina, & inuentis hæc proſpera fata referto.
Nuper ab antiquis parcarum exprompta fuiſſis,
Quę vtriq; heſperię, magno dominante Philippo,
Cum Carlo, ſpondent fælicia ſecla, parente.
Religio, probitas, virtus, genus omne virebunt,
Et Muſę, claro Siliceo Præſule, magnus,
Quem modo carpeti decorauit ſede Philippus,
Egredienſq; iube pariter deſcendere tecum,
Quas mihi plena Themis, partu pulcherrima honoro,
Edidit, Eunomiam, Irenenq;, dicemq; ſorores.
Manſuraſq; diu tutas promitte ſine vllo
Turbine bellorum, ſummoq; in honore beatas,
Principibus Carlo, natoq;, eiuſq; magiſtro.

I, celer & letus terras quacunq; volaueris
Exhilara, & feſtas fac exercere choreas.

## QVARTA.

Virtutes dederis, cum tot teſtantia magna
Signa, neq; in factis quicquam deſideret vſus,
Cęſaris o magni ſoboles, diuumq; propago:
Cum tantum ſtudijs faueas, ſtudioſus & ipſe,
Prędıtus ingenio diuino, & acumine mentis,
Moribus ornatus ſanctis, & dotibus illis
Quę regem deceant, virtutem ac robur auorum,
Magnanimūq; patrem referas, clemenſq;, ſeuerusq;,
At maior pietate tamen, ſacriſq; colendis
Ritibus, atq; deo cum tam ſis deditus, illud
Quis neget eſſe tuum, paſtorem Eccleſia talem
Quod modo ſuſcepit: primatem Hiſpanis talem?
Gaudet religio, proceres, reſpublica, tanti
Quod regis ſpecimen, ventura in ſęcula pręſtes,
O princeps pacis, Rex cui magne futuri.

## QVINTA.

Quis nouus hic Splendor? Quę lux tua pmicat ardens?
Heſperię ſpes certa tuę, ſpes magna Philippe.
Quanto olim fulgore animus, quo lumine terras,
Sideraq;, iſte tuus poterit perfundere, cuius
Iam tibi nunc rutilo ſcintillat pectore flama?
Illa quidem ęthereis radijs ſuccenſa, tuoq;
Igne calens, auido rapuit quem fomite quondam,
Docte ſilex, ſumpſitq; tuo de lumine lumen.
At nunc, o quantos ruſus pia cura Philippi.
De ſilice hoc, quales populis, quos excutit ignes?
Inde accenſa nitet fax iam preclara, domum quę,
Et quoſcunq; domus Chriſti pia clauſtra coercent,
Irradiat, cœloq; micat de vertice maior.

Dum venerans, meritoq; colens ſubmittit honorem,
Diuitis & templi tradit dum iura Toleti.

## SEXTA.

Vt ferrum ſilicem dum percutit: excutit ignem,
Pectora dum tangis Princeps diuina magiſtri,
Haud aliter candens, petit ardua ſidera virtus.
Macte noua pietate patris, tibi dona Philippe
Dulcis Apollo feret, muſis tu proſpicis, atq;
Tu decus heſperię, tu Cęſaris alta propago,
Tu pater es patrię, dignus te principe præſul
Cum datus eſt nobis, noſtro quoq; vidimus æuo,
Quid referat magni ſententia dia Platonis,
O fælix regnum, ſapiens cui contigit eſſe
Rex' ait, & tanto ſunt omnia Principe digna.
Sis fœlix noſtros princeps miſerate labores
O decus omne tuis, Cęſar ſed magna viciſſim
Magnanimo pendit, ſic vos, ſic mutua tollit,
Gloria, ſic paribus petitis virtutibus aſtra.

## SEPTIMA.

Nunc nunc Męonide canimus rem carmine dignam,
Nunc opus altiſoni diuina voce Maronis,
Nam Caroli inuicti ſobolesq; heresq; Philippus
Et patre tam magno, & tanto dignus auito
Imperio, atq; etiam patria virtute ſubacto,
Dicendus. Quę res alto tam digna cothurno?
Hic tot terrarum dominus, tot dicere regnis
Iura potens, vltro famuli Rectoris habenis
Paruit, & viſa ferula, irato ve magiſtro
Extimuit, reges expertus poſſe timere,

Hic vix dum iuuenis, regni, pro patre, labores
Suſtinet, & magnas prudenti pectore vires,
Hic modo quam iuſtos doctori gratus honores
Reddidit? O ſuperi faciles date iuſta precanti
Vt ſuperent pylios tan grati Principis anni.

## OCTAVA.

Lex hæc dura fuit, quæ anguſto in carmine mandat,
Ingentem cantare virum, numenq; Philippi,
Quod vix Meonides caperet, vix muſa Maronis.
Conditor at legis melius: namq; alter ab iſtis
Sit, curet tantos agitet qui mente furores.
Tu mihi Calliope ſtricto hoc in carmine præſta,
Et grates celebrare pares, & dicere quantum
Præſidium, nunc dignus habet doctuſq; ſacerdos:
Nunc noua Toleti reſplendet mitra, ſuumq;
Compellat regem, blando & ſic pectore fatur.
Macte animis princeps propera, ſic ſancta poteſtas
Adſeritur cœlo, recipitq; ſedilia diuum.
Sic dignis Salomon ſacrabat templa miniſtris,
Et qui Soractis relegatus monte latebat,
Sic conſtantinus Romana in ſede locauit.

## NONA.

Iuppiter iratus, ſi quandó ob crimina ſæuit,
Dira minans, rapidum contorquet nibibus ignem,
Cuncta tremunt, montes fumant, & fornice ſaxi
Se recipit paſtor, fugiunt per deuia capræ.
Progenies Caroli magnus ſi quando Philippus
His meliora parat, producere gaudia mundo,
Excutit e ſaxis, qui late ſplendeat, ignem.

Quę nuper ſcintilla fuit, quę clauſa latebat,
Emicat, irradiat, tetraſq; ex orbe tenebras
Diſcutit, alta petens, Muſę celebrate choreas,
Quæ colitis campos, vitreis, qua voluitur vndis
Henarus, iſta dies veſtra eſt, deponite fletus.
Omnia lętentur, ſed numina magna Philippi
Implorate prius, ſurgant altaria, circum
Vota parent cuncti, longinqua vt tempora regnet.

## Gręca heptadecas.

Ζεῦ πάτερ ἡμέτερ' εἶπεν παλλὰς ὀβριμοπάτρη
Νῦν μὲν ἑσπερίοις ἱερῆς κεῖτ' ἀμφὶ Τολήτου,
Κ' ἔλλον ποιμέσιν, πόθος αὐτῆς ἅπτεται πάντας
Ἀλλά μοι ἀμφὶ βίης σιλικέων δαίεται ἦτορ,
Ὅς μοι πάντων φίλτατος, πλήν γε ξίμεναο θείου.
Τὴν δ' ἐπιμὴ διάσας, προσέφη νεφεληγερέτα Ζεύς
Τέκνον ἐμόν, ἀφόβως ἔχε, νῦν γὰρ πάντη φίλιππος
Ἀμφὶ διδασκάλου λίθον, καὶ τέχνασμα σύει.
Πάντες ἐμοῦ βασιλῆες, οὗτός δέ μοι ἔξοχος ἄλλων.
Ἥ δ' ἰδία σοφροσύνην τιμᾶτ' ἱσπανία χαῖρε
Σοῦ σκῆπτρον μέγα, ἔσσεται λαμπρά δὲ καὶ ὄλβιος αὐτή
Νῦν κ' εἰς πάντα χρόνον τρίσολβιος αὐτὴ καλέσῃ
Εὔνομος ἰνδικὰς ἀνθρώπους πᾶσα τυχοῦσα
Οὓς κάρολος λαβόντας, καὶ καρόλου φίλος υἱός,
Πετρῶν ἀπ' ἠλιβάτων ἐρευνᾶται πάντα μέταλλων
Ὣς φάτο κρονίδης, προσεφώνεε παλλὰς ἀθήνη.
Πραπῖ' οὕτως καρόλιδα σύναρ φῶς ἔρχεο κόσμῳ

## Carminum gręcorum interpretatio.

Iuppiter pater, dixit Minerua potenti patre nata,
Nunc Hiſpanis paſtoribus, magna contentio eſt.
Pro ſacra Toleto, eius potiundę amor omnes inuaſit.

Sed mihi cor ardet pro ſiliceavi.
Qui omniũ mihi,preter diuinũ Ximenẽ chariſſim⁹ eſt.
Huic Iuppiter nubium cõgregator,ſubrridens reſpõdit
Ne timeas mea filia,nam Philippo huius cura incumbit,
Qui nullum non lapidem,pro preceptore mouet.
Omnes reges a me ſunt,verũ hic ante alios mihi curę eſt,
Ob modeſtiam ac prudentiam ſuam,gaude Hiſpania
Sceptrum tuum magnum erit,illuſtris & fęlix ipſa
Nunc & in omne euum vocaberis,rectis legibus
Et iuſtis vniuerſa gubernata paſtoribus. Quos Carolus
Et Caroli filius,e duris petris latentes excutiunt.
Sic locutus eſt Iuppiter,ſubiecit Minerua Pallas.
Sic facito Caroli fili. Tu enim lumen veniſti mundo.

## DECIMA.

O princeps hominum,princeps & maxime rerum.
Cui merito pelagi ſceptrum terręq; paratur
Imperium,quem regna timent,cui conditor almus
Innumeras virtutis opes, animiq; perennis
Ornamenta dedit,ſileat clariſſima regum
Priſcorum probitas,tua iam monumenta canantur.
Fęlicem patriam nimium,te Principe Cęſar,
Credimus,ac tibi magnos ſperamus honores.
Quippe tuos quantum foueas,ecce indicat illud
Quod proprium nuper, ſublimi in ſede magiſtrum
Extuleris meritum,quo tota Hiſpania gaudet.
Quę tandem nigro trepidę latuere ſub antro,
Nunc Muſę exultant,ſic qui obſidione tenentur
Cum ſpes nulla fugę,cum muris imminet hoſtis,
Auxilio veniente ducis,lętantur in armis.

## VNDECIMA.

Vt cœlo, Phœbus poſt turbida tempora, aperto,
Aurea per terras, ſpargens ſua lumina genti,
Triſtia lætificat corda, atq; animantia cuncta
Afficit, & lucis pergrato munere læta
Ad campos effert, contractaq; membra recludit.
Munera ſic poſtquam claro, inuictiſſime Cæſar,
Patrono donata vident ampliſſima, Muſæ
Lætantur placidę vexataq; numina plaudunt.
Quid ne magis potuit, magno ſub Principe, ſanctum
conſultum ve geri, quam ſic moderamina rerum
Commiſiſſe viro, cui ſit prudentia rerum.
Et te formarit dominum, regniq; parentem:
Nil licet ergo dehinc maius, te præſide Cæſar
Votis velle tuos, quam alta vt faſtigia ſummus
Producat per ſecla Deus, ventura minorum.

## DVODECIMA.

Non ſecus ac lumen tenebroſis fulget in antris,
Nunc tua fata nitent, geſtis collata Philippe
Priſcorum magnis, longum cantanda per æuum:
Iure tibi ſceptrum, vaſtæ terręq;, mariſq;,
Conceſſit magnus, celſi regnator olympi.
Cum ſapiens cures, doctos ſanctoſq; tenere
Summi templa dei, muſis & faueris ipſis.
Si deus in petra, voluit dum condere templum,
Id poſuit firma, Silice & tu condis in ipſo.
Iſte ſilex mittet, blandis nunc ictibus, ignem
Virtutis raræ mœſtum qui temperet orbem,
Quem colimus paruum. Faciatq; vireſcere muſas.
Cauſa prior laudanda prius, cum feceris illum
Hunc tetigiſſe gradum, primum laudaberis, ingens
Ante opifex, cuius poſt eſt laudanda figura.

## TERDECIMA.

Gratulor Hiſpanis, dederint quod fauſta, Philippe,
Sydera te dominum, ſummę parentia menti
Quę regit hunc orbem, fœlix cui contigit ortus
Arua intra, ſceptrum, quę ſunt ſortita beatum
Iſta tuum, doleoq; vicem miſeram populorum,
Paſcit arenoſis, quos Affrica multa venenis.
Quiq; colunt madidos campos ex flumine, origo
Cui latet in terris, & quas nunc Turcica tellus
Impia, barbarico offendentes ęthera ritu,
Nutrit, & ignotos quotquot ſeu torrida Zona
Occulit in terris, vrentiq; regens ſeu terra pruina
Quod careant domino, careantq; regente Philippo.
Sed ſi fata negant, eſt, quod non munera tanta,
Mortales meruere. Poli tu qui regis axem,
Quando dignatus concedere, da imperet ęuum.

## QVATVORDECIMA.

Conſuluiſſe ferunt mundo Pharaona cadenti,
Imperio quando cautum pręfecit Ioſeph.
Vt frumenta daret pereunti prouidus orbi:
Sic cum rara, grauis frugum dare ſemina, tellus
Pergeret, & miſeris eſſet ſpes nulla ſalutis,
Cum res ſacra, dei cultus, doctrinaq; & artes
Ingenuę, vix poſſe ſuo fulgere decore
Iam dudum quererentur, erant cum turbida cuncta:
Tunc pater, atq; idem patrię decus inclyte princeps
(Inſigni poſtquam cinctus diademate vertex
Præſulis effulſit, magnum ſolamen egenis)
Quale ſolet lumen tenebroſę mittere nocti,
Lucifer, & fulgens ante omnia Sydera Phœbe.

Rege quid expectem, quando hoc te principe factum eſt?

## QVINTADECIMA.

Firmam, vt equi pullus clara de ſtirpe creatus,
Dat ſpem Cillariæ famæ, firmiſſima vero
Tunc fit, cum tenerum hunc ſolertis forte magiſtri
Docta manus fingit, victorem attingere metam,
Maiorumq́ʒ refferre gradus, curſumq́ʒ ſuperbum.
Auſpitijs moderanda tuis, ſic ſanguine nate
Cæſareo, regumq́ʒ genus, fælicia ſceptra
Promittunt generoſi ortus, clariq́ʒ parentes,
Et proauum ſeries, noſtri quibus orbis habenas,
Sola dedit virtus nunq̃ʒ ablatura, tenebit
Has tua poſteritas, hominum dum regna manebunt,
Sic tu propulſis Siliceą luce tenebris,
Et recolens animo, reges quæ facta decerent.
Ecce pij Caroli ſequeris veſtigia patris,
ductoriq́ʒ tuo iuſtiſſima pręmia pendis.

## SAPHICVM QVO AD LAETI-
tiã ob Præſulis aduentum, omnes inuitantur.

*CVncta iam preſens hilaret triumphus*
*Quo ſuam clarus Silicæus urbem*
*Intrat optatus, noua de hinc futurus*
Publica cura.

*Hunc diem nemo celebret ſeuero*
*Gaudio, hoc feſtum uacet uſitatis*
*Plauſibus, cultus ſibi rara poſcunt*
Numina raros.

Acrium nutrix iuuenum beata
Dulce Complutum, uarios nouosq;
Fac modos preſtes, Silicæa feſta

Exhilarandi.

Mollibus paſcas oculos choreis,
Cantibus gratis teneantur aures,
Copia, uici, plateæq; abundent,

Suauium odorum.

Huc ades quiſquis poteris iuuare,
Gratiæ nymphæ, ueneres, iociq;
Et leues ſacra ſatyri reuincti

Tempora pinu.

Geſtiant læti, quatiantq; terram,
Aut catenato digito, aut ſoluto,
Quis & aſſultet, tremulo uacillans

Crure ſilenus

Ducat hos cœtus onerum leuator
Mentis humanæ dator, & fugacis
Gaudij, Bacchus ſine quo uoluptas

Plurima deſit.

Gutture & plectro, digiteq; & ore
Vnius laudes ſilicis canantur,
Omnibus quas dei ſupereſſe ſeclis

Calliopea,

Det lyræ tales modulos Apollo
Thracius quales modulatus Orpheus
Quiuit & ditem, & flebiles in omnes,

Vertere leges.

Suaue ſirenes iterate melos,
Veſtra nec cuiquam metuantur ora,
Vincet hæc uultus cupide petitus

Lumine ab omni.

Vosq; pipleæ properate greſſus,
Grata nec uobis loca nunc morentur.
Debitum neſtro officiū patrono

Atq; clienti.

Veſter hic dulcis chorus audiatur,
Veſtra uox ueſtrum decoret triumphum,
Pegaſo, Lebethro, aoniaq; chara

Sede relictis.

Balſamo crines madeant odoro,
Sutiles ornent uioles coronæ
Tempora, inſignes faciant decora

Pectora gemmæ.

Pingueant ædes opibus ſabæis,
Fanaq;, & latæ uia fragret omnis
Lilio & caltha, reliquoq; grati

Veris odore.

Cura

*Cura nos tantum premat hæc, nec ullus*
*Craſtinæ pergat memor eſſe lucis,*
*Deſipit quiſq; ſapienter vſq;*

Viuere tendit.

*Sanus es multum, ſuris Hodierno*
*Quiſquis in feſto, publicumq; prodis*
*Gaudium, oblitus propriæq; ſortis*

Teq; decentum.

*Sumptuũ, & uultus, habitusq; & actus,*
*En ſuis dignis meritis Tiara*
*Nuper ornatus Silicæus inſtat,*

Noſq; reuiſit.

*Iuſtius quando dabitur ſurendi*
*Cauſa, lætari licet, abſq; freno*
*Nunc tibi, ſeu pauper opem requiras,*

Siue locuples

*Vindicem legum cupias Seuerum,*
*Siue ab indocto ſeparere uulgo,*
*Litteris clarus, ſtudijsq; honeſtis*

Præmia poſcas.

*Siue ſis unus populi, & doceri*
*Poſtules, cunctis uenit ecce præſul,*
*Qualis optatur, ſuo quisq; ab iſto*

Vota tenebit.

D

*Hic enim aſtream reuocabit alto.*
*De polo, hunc fruſtra feriente Retho,*
*Charitas ictu leuiore tangens,*

Sola domabit.

*Hic ſacram ſemper coluit Mineruam,*
*Hunc ſuo muſæ nutriere lacte,*
*Hic ſuas rurſus nutriet nutrices,*

Gratus alumnus.

*Luce virtutum rutila coruſcat*
Hic Silex, *uenas latet inter iſtas*
*Flāma doctrinæ, tenebræ unde cecæ,*

Mentis agantur.

*Sed para grandes mihi iam cothurnos*
*Muſa ut Auguſti egregiam* Philippi
*Indolem pandam, ſilici tyaram,*

Hanc dedit ille.

## EPIGRAMMATA.

IAm nihil inuideant ætati, noſtra, priori,
Sæcula, nam irradiant ſydera fauſta bonis.
Sydera fauſta bonis, Carlo cum patre Philippus,
Irradiant noſtris ſydera temporibus.
Iuppiter ille prior fuerit, pręclarus Apollo
Alter, & in toto magnus vterq; polo,
Tertius accedit Silicæus, luce vtriuſq;
Affulgens, alter ſit quaſi Mercurius.

Hęc deus elegit virtutum culmina, vt æquis
Legibus hunc orbem, iuſtitiaq; regant.
Vt mala propulſent, vt dignis pręmia reddant,
Vt regnet virtus, & ſcelus omne fugent.
Religio vt creſcat, fideiq; rebellibus obſtent,
Et res ſit veri publica tuta dei.
Aurea ſic redeunt terno hoc ſub ſydere ſæcla,
Atq; eſt cur cedant, tempora priſca nouis.

HActenus ambitio cunctos rapiebat honores,
Præmia virtuti debita iure ſuo.
Hic genere, ille trium legum quas legerat olim,
Siue cucullatę fretus honore Togæ.
At nunc quam multas gauias eluſit hiantes,
Prouida mens patris magne Philippe tui.
Quippe Toletanę Silicæum dum eligit arci,
Deſperare omnes hac iubet arte laros,
Et monet vt virtus diſcat ſperare, futurum
Quantum vis lateat, ne lateat Carolum.

NArrabant multi Silicęum ſede Toleti
Ornari, puncto magne Philippe tuo.
Gaudebam nimium lætus rumore ſecundo,
Promitens claris ſpem probitate viris.
Cum mihi Calliope ſubito inſtillauit in aurem
Spera, Romanę pręſul hic vrbis erit.
Et Silice innitens hoc ſancta eccleſia Chriſti,
Contemnet ventos Aeole ſęue tuos.
Hoc opus, hoc opus eſt dignum te magne Philippe,
Pectoreq; hoc dignum eſt, maxime Carle tuo.

EVge & io cantet, non tantum inſigne Toletum
Cui nouus eſt cœli præſul ab arce datus.

Tota ſed in Chriſti fundat ſe Hiſpania grates.
  Nam parat huic petri iam diadema deus.
Hic eſt ille Silex, populum cœleſtibus vndis
  Qui ſatiet, fidei pura fluenta vomens.
Dij tibi dent multos per tempora longa triumphos,
  Qui lumen mundo tale Philippe leuas.
Principe ſub tanto, & tali ſub præſule, muſæ
  Virtus et pietas fidite, magna manent.

## SAPHICVM AD ARCHIE- piſcopum Toletanum.

*Eſſe per gratas tibi cum camænas*
*Audiam præſul ſuperis amate,*
*His quibus poßum numeris tyaram*
Gratulor iſtam.

*Namq; uirtutes, animiq; dotes,*
*Es quibus totum celeber per orbem,*
*Entheo in laudes rapiunt poetas,*
Impete cunctos.

*Et licet Clio mea non ſit apta*
*Laudibus tantis, præcor hæc uideto,*
*Plura tantiſper, tibi dum paramus,*
Et meliora.

*Nec prius feruens animus quieſcet*
*Iam meus, cunctas tuaq; per oras,*
*Fama percurrat uolitans quonſq;,*
Sidera pulſet.

VIderat vt iuſtum Pallas de vertice patrem
Intrãtem fauſto limina noſtra pede,
Cedite clamauit Parnaſſo, cedite muſæ,
Compluti ſuperat gloria, fama decus.
Pulcher Apollo videt cedentes inde ſorores,
Deſerit, & noti culmina ſacra loci.
Plectra gerunt muſæ, ſaltant, pede, carmine, vultu,
Circunſtantq; virum, ducit Apollo choros.
Iam pia turba patrum properat, doctiq; magiſtri,
Læti admirantur preſulis ora ſui.
Mirantur muſæ, miratur caſta Minerua
Miratur vultus pulcher Apollo viri.
Quo mihi phocis ait? quo muſæ Delphica tellus?
Noſtra ſit hæc tanto preſule digna domus.

QVantus io plauſus reſonat, digniſſime præſul,
Exhilarat feſtum gaudia quanta diem?
Cernis vt effuſi, pariter populuſq; patreſq;,
Letitiæ exibeant, pignora certa ſuæ.
Deſertoq; vides vt nunc helicone comœnę
In dilecta ſui præſulis ora ruant.
Si tamen & populis muſiſq; effundere detur,
Quæ tibi nunc votis, pectore quæq; gerunt,
Tunc populi plauſus, muſarum & cernere vota,
Cernere tunc animi gaudia vera queas.

FEſta dies cœlo ſplendet quæ clara ſereno
De Silicis rutilo lumine lumen habet.
Illa renidenti radians fulgore, coruſcum
Audeat & phœbi nunc ſuperare iubar.
Quinetiam tanto faſſus ſe lumine vinci,
Abſcondat radios pulcher Apollo ſuos.
Ni cupiat vultus, & cernere præſulis ora,
Quis ſuperata noua lux ſua luce manet.

Vidiſſe at tanti fuerit, cum videret vltro
Mercari, vt proprio poſſe pudore iuuet.

TYmpana ſaltantes cogant, ducantq; choreas.
Tympanotriba regat, crura parata ſono.
Militis & veniens mentito ſchemate cerdo,
Aptet ſe ad ficti iuſſa ſuperba ducis.
Vos iuuenes, rigidus cuſtos quos torquet amicæ.
Currite: nunc comptas, grata feneſtra dabit.
Hi, quoq;, ſuſpenſis animis quos præmia verſus
Detinuere diu: tempus adeſſe ſciant.
Tempus adeſt, quo quiſq; ſuo vel carmine victor,
Iudicium culpat, vel ſuperante fauet.
Voſq; quibus claues vrbis ſunt, limine primo,
Siſtite, poſcentes oſcula ferre manu.
Iam tandem expectatus adeſt fauſto omine Præſul.
Nunc dabitur cunctis præſulis ore frui.
Plaudite paſcentes optato lumina vultu,
Credite ciſnerium nunc rediſſe patrem.

HEm nouus ingreditur, ſtudiis ſpes vnica Præſul,
Aduentu cuius cuncta repente nitent:
Vt ſolet expulſis pluuiis, & nubibus atris,
Ex omini rutilans parte nitere dies:
Virtutiſq; ſuæ referens vir præmia, iuſtum
Vexatumq; gregem qui tueatur adeſt:
Quo natura nihil finxit ſincerius vnquam,
Et quo nil totus largius orbis habet:
Nunc ſibi Complutum tali paſtore triumphet.
Gaudeat, exultet nunc ſtudioſa cohors:
Paſtoremq; nouum muſarum turba ſalutet.
Exultans tanti Præſulis intuitu.
Iam procul effugiunt curæ, longeq; recedunt

Triſtitiæ, lites, iurgia, damna, metus,
Cunctorum votis iam pax optata reſurgit,
Et redit antiquæ religionis honos.

VT ver iocundum miris ſplendoribus orbem
Exornans: pellit nubila cuncta procul.
Tranſactęq; refert hyemis ſolatia ſecum,
Ornatus pomis, omnigeniſq; roſis.
Sic tanti fœlix aduentus Præſulis, omnes
Mœrores, lites, triſtitiaſq; fugat:
Et requiem longi referens, duriq; laboris,
Oppreſſos animos, & mala cuncta leuat.
Et diſciplinas, & lapſas erigit artes,
Et reddit ſtudiis, reſtituitq; decus.
Vexatamq; diu caſtam ſine lite ſophiam
Excitat: ac illam prouehit, & refouet.
Nunc igitur Plauſu, longos vexata per annos:
Excipiat patrem, turba diſerta ſuum.
Cui meritos iuuenum princeps conceſſit honores,
Virtutiſq; dedit, præmia digna ſuæ.

Viator. Spectator.

HOc age quod feſtũ eſt: Quẽ nũc hæc ſplẽdida turba
Expectat, patriæ ſuſcipit illa patrem:
Præſulis ecce ſui fruitur nunc læta triumpho,
Quodq; ais hoc agitur, ſuſcipit illa patrem.
Quid notat hoc ferrum? Quid ve hæc duriſſima petra?
Occultum lumen excutit e Silice.
Virtutem quærit, poterit nec clauſa latere
Condatur duris cautibus illa licet.

Quoniam aduentus differebatur.

PErtulit hoc noſtrum duriſſima damna Lycęum,
Anchora ſubmerſis iam Silicæe veni,

Scilicet vt noſtro faueas Martine lycęo
Inuitat nomen, iam Silicęe venis.
Nominis augurium capimus, σὺ nempe lyceum,
Tu ſpes vna tuis, iam Silicęe veni.
Fallimur, an verum eſt? Reſonat promiſcua turba,
Vnaq; vox cunctis conſonat, ecce venit.
Iam venit, & verum eſt, humeros supereminent omnes
Imperium, ſpecies hæc veneranda, petit.
Expectate venis iuſtiſſima cura lycei,
Gaudet in aduentu, docta caterua, tuo.
Sit fauſtum petimus, ſemperq; colaris in iſto
In quo ſuſciperis nunc Silicęe gradu.

Ad Apollinis, & muſarum choros,

QVæ choreæ luſuſq; noui? quæ gaudia tanta
Virgineos quorſum ducis Apollo choros?
Dicite caſtalides, quæ læti cauſa triumphi,
Cur premit & flauas laurus odora comas?
Flumine cur ſacro, veteriq; helicone relicto,
Laſciuo premitis litora noſtra pede?
Nos rapit huc lætas venientis gloria magni,
*Muſæ.* Et gratum muſis Præſulis ingenium,
Huc nos antiquas & ſacras linquere ſedes,
Complutiq; iubet limen adire deas.
Huius & optatum choreis celebramus ouantes
Aduentum, lyricis & ſine fide modis.
Patrono felix, iam gaude academia tanto,
Iam quondam multis exagitata malis.
Poſthac labentur, placido tua flumina curſu,
Næc lædet liquidas turbidus auſter aquas.

Minerua ad muſas.

CVm lux parnaſi, nimium depreſſa iaceret,
Iacturam deflens caſta minerua ſuam.
Muſæi vidit procul aduentare parentem

Electumq́; ſibi non ſine iure patrem.
Protinus exultans, iubilans, ſqualiore reſurgit:
Cœpit et his verbis lęta mouere choros:
Plaudite nunc Muſæ: longas in gaudia curas
Soluite: iam ſtudijs lumen, honoſq́; redit.
Cingite palladijs gaudentes tempora ſertis:
Iurgia ſecedunt: iam redit ecce quies.
Tunc properant omnes pariter: pariterq́; ſalutant
Cuſtodem, patrem, præſidiumq́; ſuum.
Circunſtantq́; virum, lętum pęana canentes,
Dulciſonam flauus pulſat Apollo lyram.
Congaudentq́; ſui conſpectu pręſulis omnes,
Quo liceat nobis tempus in omne frui.

HEſperię paſtor mitra redimite decora,
Optatus nobis: optime paſtor aue.
Neſcio quas media cœli deſede petitos,
Luminibus radios ſuſpicor eſſe tuis.
Sydera plus ſolito lucent, plus altus olympus,
Sol radijs clarus fulget, & aſtra nitent:
Omnia iam vernant, maioraq́; robora ſumunt
Flammigeri ſilicis vt recreata tui.
Qui prope diuina flammatus luce coruſca
Splendet, & in tenebris, lucet vt ipſa dies.
Exultant homines felici ſorte beati,
Iam nobis tandem maxime paſtor ades.

MIraris verna luſtrari lampade terras,
Et procul a toto nubila abeſſe polo,
Cum ſolet horrendos diffundere aquarius imbres,
Et ſolem tenebris condere perpetuis,
Miraris ridere agros, & prata nitere
Cum terrę eſt omnis frigore raptus honos.
Deſine mirari, publico natura triumphat,

Succeſſu exultans, cunctaque lætificat.
Namque Toletanus datus eſt a Cæſare talis
Præſul, vt inuideat non bona turba bonis.
Regnabit virtus, eius dum regna fouere
Hic poterit, magno hoc magna erit illa ſimul.
Diuitijs huius diteſcet & alma ſophia,
Iamque vetus muſis reſtituetur honos.

LAetitia quanta perfundi pectora noſtra
Nunc decet an dubitas nunc nihil eſſe nimis?
Quod ſi pro cauſa gaudendi, gaudia debes
Metiri, careat limite lætitia.
Immenſo afficit nos omnes munere Cæſar,
Eſſe ergo immenſa gaudia noſtra ſine.
Ecce Toletano datus eſt is paſtor ouili,
Defendet pecori, qui mala cuncta ſuo.
Non grauis huic æſtus, non frigora dura nòcebunt,
Nec rabioſa ſitis, nec furioſa fames.
O bis terque greges miſeri, quos ſeruat auarus
Cuſtos datque, quibus pabula paſtor iners.
O multum contra fœlices, commoda quorum
Proſpectat cuſtos prouidus atque bonus.

Ad diem.

SAlue fauſta dies, lætum quæ reddis Olympum.
Lœtificas quicquid, continet orbe ſuo.
O ſpectata diu & dono conceſſa Tonantis
Dic, fuerit, longæ quæ tibi cauſa moræ
Hoc celebrant feſtum Phœbus, Phœbique ſorores
Parnaſumque choris, atque Helicona replent.
Amplius eſt ſolita Tymbreus nocte moratus:
Ecce venit feſtis gaudet, adeſtque ſuis.
Gratulor, O nimium fœlix academia tanta
Gaudia ſortiuagam conſtituiſſe deam

En tibi Franciſci veniunt Ximenia rurſus.
Tempora, collucent omnia plena bonis.
Sparge viam violis, crines redimita corollis
Verſibus exulta rex tuus ecce venit.

## SAPHICVM DE PRAEſulis electione.

ECce Prælatus nouus hæret urbi
Moribus ſacris, meritiſq; magnis
Præditus, cuius reſonant per orbem

Inclyta facta.

Tuq; Complutum modo ſume magnum
Gaudium, talis quoniam magiſter
Viſitat, grandi bene te triumpho,

Teq; decorat.

Triſtium noli memor ergo rerum
Eſſe, ſed dele ueteres querelas,
Et nouo gaude domino, fauorem

Hic dabit amplum.

Iamq; læteris ſimul & Toletum,
Et tuæ turres, cytharis, propinquas
Mulceant terras, nitidoſq; cœlos

Dulcibus odis.

INfelix pauper, varijs cum preſſus ærumnis
Eſſet, ab immenſo numine poſcit opem.

Quem Deus aſpiciens, en patrem mittit, & ingens
In Silicis venis claudit amoris opus.
Sacra tamen contra, pœnas cum ferret iniquas
Muſa dolet, ſupplex tendit in aſtra manus.
Sed Deus omnipotens miſeratus iuſta petentem,
Flectit ad hæc vultus tam pia vota ſuos.
Forte erat in terris vir, quo non iuſtior alter,
Vera loquor, clauſum pectore lumen habens.
Hunc pater alloquitur rerum, te candide dixit,
Solatium noſtris, auxilium'que volo.
Noſti vt Complutum muſis habitetur amenis,
Has libet vt nobis officioſus ames.
Exultent gentes, pueri, iuuenes'que, Senes'que
Lumen ab ingenti mittitur, ecce Deo.

Hoſpes & ciuis.

HOc age dic cuius iuſſu ſtat pegma? lyc... 
Quæ tantæ impenſæ cauſa? renata dies.
Nox erat ergo quibus? cunctis doctis'que bonis'que.
Et quæ dic ſodes? Sordida pauperies.
Vnde dies tandem? grata de mente Philippi,
Qui modo luſtrauit lumine cuncta nouo.
Perge age quid factum eſt? Silicem percuſſit & iſthinc
Omnia collucent, ſol minus ipſe micat.
Vnde Silex tantos habet ignes? æthere ab ipſo,
An non natus humi? nempe, ſed æther alit.

EN virtus noſtra felici ætate triumphat,
Hanc auri merito dicere quiſque poteſt.
En fortuna fugit, ſileant gentilia verba,
Non ſors, non caſus, fata'que nulla regunt.
En ſuperata iacent cantbis calcata rotarum,

Et pede quadrupedum nomina vana Deum.
Ecce ſuper ſuperos, quæ iura habuiſſe ſorores
Dicuntur, vinctas virtus, vt ipſa trahit.
Fortunam, & parcas virtus ſibi namq; ſubegit,
Auſpiciis huius præſulis, atq; opera.
Ergo triumphantem, cuncti clamore ſequamur,
Lætitiam populus, ſignificet'q; ſuam.
Felicem, fauſtum'q; diem, Pæana canendo
Concelebret, rubro pocula date mero.
Vi laterum quicunq; valet, magno oris hiatu
Præſuli & huic dicat, χαῖρε pater patriæ.

## EVCHARISTICVM AD COMplutenſem Scholam.

EN tibi Complutum, variis quæ cincta procellis
Pontificum, aduerſis es labefacta notis.
Orta Silex ſubito eſt, cuius ſub vertice poſthac
In media poteris tuta quieſſe hyeme,
In te colludent, caſtæ cum Pallade muſæ
Suada lepos, charites, iuſtitia, & probitas.
Nam redeunt (ſpera) Silice hoc tibi Præſule ſecla,
Ximenio quondan Præſule quæ fuerant.

## SYLVA AD PRAESVLEM Gratulatoria.

POſt vbi conſcendit, celeſtia ad aſtra Tauera,
Et qua dignus erat ſede locatur ibi,
Acceſſere Dei de ſucceſſore loquentes,
Atq; alii pro alio quiſq; cliente rogant.
Hic genus, ille ſacros canones oſtentat, & ille

Quę abſumpſit Regis tempora multa comes.
Nec pauci iactant, quam ſit reuerenda cucullę
Gratia, & antiqui tempora ſeruitii.
Omnibus auditis ſubriſit Iuppiter illa
Qua cęlum & patulas fronte ſerenat aquas.
Spem ſibi quiſq; bonam dum concipit, ecce dearum
Ceu coniuratum, cernit adeſſe chorum.
Threſceia & Piſtis ſimul & Philadelphia & Elpis,
Sophroſyne, atq; Dice, Metis & Iſchis erant.
Deinde nouem muſæ, Charites, Philotimia, Honeſtas,
Et pudor, & cerebro quæ Iouis orta dea.
In medio Phœbus iuuenem complexus, amanda
Qui facie, & digno corpore regis erat.
Mirum quam multis ornarant dotibus illum
Numina fronte, oculis, pectore, voce, gradu.
Pone ſenex vultu ſequitur reuerendus honoro,
Quem ſua commendat frons, vbicunq; ſiet
Eſtq; vbi peruentum, magni Iouis ante tribunal,
Et flexo coluit poplite quiſq; Deum,
Phœbus ait, cuncti venientis nomine cętus
Auricomum retegens fronte nitente caput.

Alloquitur Phœbus Iouem
hexametris verſibus.

Iuppiter alme pater princeps & origo Deorum
Atq; hominum, mundi mens, atq; pronœa vtriuſq;,
Aurea de cuius dextra librante catena
Pendet, & arbitrio, nil non diſponitur vſq;,
Noſti quam multum totius referat orbis,
Vt qui præſideant aliis, non viribus vllis,
Aut opibus tantum, ſubiectis vrbibus ante
Stent, ſed permultis & non vulgaribus actis

Prҿniteant totis vt proſpera ſidera regnis,
Conſtet, & a ſpecula veluti prҿtendere lucem.
Nam patet ҿgroto cerebro ſua membra labare.
Regibus & ſimiles equites regniq; ſenatum,
Atq; ſui ſalios imitari Prҿſulis acta
Et geſtus, ſacro portant cum ancylia collo.
Deniq; quod talis populus ſit, quale ſacerdos
Exhibet exemplum vitҿ popularibus ipſis.
Hinc muſis iam nullus honos, hinc nulla labores
Herculeos merces penſat, raruſq; per orbem
Virtutem, acliui ſectatur limite cultor,
Quare ſumme deum pater, o Pamphæe precamur
Sit ſatis huc uſq; irarum, quod ſiueris annos
Tam multos, vulgus hominum dominarier orbi.
Et tandem incipiat mundus reſipiſcere Carlo,
Et iuuene hoc eius nato dominantibus vna.
Ac longa eiuſdem ſerie ſubeunte nepotum,
Concedaſq; ſeni, quem nunc tibi ſiſtimus iſti,
Ob merita illius, clariq; ob vota Philippi,
Et noſtra hoc ipſum te ſupplice voce rogãtum,
Tot gemulum ſpreto prorſus ſtridore larorum
Rite Toletana Siliceo in ſede tyaram,
Prҿſidibus ſiquidem tribus his, ſperamus vt orbis,
Aurea Saturni regnantis tempora cernat.
Hҿc Phœbus tacitoq; applauſit murmure turba.
Iuppiter hҿc placida reſpondit voce ſerenus.

## Iouis reſponſio.

Eſte hilares pia turba Deæ, ſperate futurum,
Vt poſthac veſtrum fuerint quicunq; ſecuti
Numen, & acliui virtutem tramite, iuſtam
Mercedem obtineant, & præmia debita laudi,

Vt quãuis tenebris contenti, & puluere viuant,
Ad lucem inuiti, magnos'q; trahantur honres.
Nam ſi per vanos fuit exagitata labores
Virtus, & pietas aliquot paulo ante per annos,
Permiſſum eſt, iuſta qua nos ratione libramus
Omnia, nam ſicut crebra vertigine cæli
Turbida miſcemus tranquillis tempora, noctes,
Lucibus, & ſęuas hyemes vernantibus horis:
Sic fati ſortis'q; vices penſamus in ęquis
Lancibus, vt ſicut ſolet in fornacibus aurum
Indicium prębere gradus, iuſti'q; valoris,
Sic quã vexauit per tetrica ſaxa, maligna
Cęca'q; ſors tandem, cœlo remeante ſereno
Splendeat heraclio virtus affricta lapillo.
Iam triſtes abiere dies, iam ſidera fulgent
Proſperiora bonis, quã quę ſunt viſa per annos
Ante diu multos, nam ſtat mihi credere Carlo
Totius imperium terrę, ſtat pellere Turcas
Europa Aſia'q; feros, Lybia'q; vagantes
Infidos populos, ſed dum mauortia tractat
Bella pater Carlus, noſtris dum rapta ſacellis
Reſtituit ſpolia, & virus ferale Lutheri
Extinguit, victis'q; Rhodi de poſtibus arma
Detrahit, & Ianum vacuo ſemel orbe duellis
Claudit, tu patrios populos in pace tenebis
Clare Philippe, tuis nimium dilectus, & hoſti
Externo ſemper longe, lateq; timendus,
Et facilis dabo ſemper opes, ſyduſq; begninum,
Quo iam lapſorum tota a ditione repellas,
Annorum ſenium, & felicia ſecla reportes.
Ergo accede meo iuuenis gratiſſime cordi,
Et noſtro proprius diuino afflaberis ore,
Amplexuq; fouens ſacrum inſpirauero honorem.

Te pax,

Te pax atque fides, honor atque ęterna ſequatur
Gloria, quę regum ſuperet monumenta priorum,
Teq; ſenex reuerende, mihi iam cognite pridem,
Dotibus & meritis quibus es pręclarus vbiq;
Dum viduas, inopesq; foues, dum ſacra repurgas,
Dum ſua virtuti perſoluis pręmia largus,
Non baccata modo manet iſta Tyara Toleti
Quam tibi cum grato petit hęc pia turba Philippo:
Sed multo maiora manent, quę pectore ſeruo
Condita, ne fiat tacitis iniuria parcis.
Ite igitur, veſtris placet his ſubſcribere votis,
Cumq; mitra rutilus veniet gemante galerus.
Ite, dabit breuiter tempus. quę lęta ſuperſunt.

Redit ad impares verſus quibus inceperat.

Dixerat & flexis ceruice & poplite Phœbus,
Cum ſacris terras numinibus repetunt,
Et quacunq; volant, virtutibus omina plena,
Et ſpe & lętitia multa ſecunda canunt.

## INSCRIPTIONES QVIbus arcus dedicabatur.

SCH. POP. Q. COMPL.

DOMINO Ioanni Martino Siliceo, pręſtantiſſimo Theologo, Philippi principis ſereniſſ. preceptori, eccleſię Toletanę degniſſi. Antiſtiti, ſummo Hiſpaniarum Primati, qui parem cum tanta dignitate virtutem oſtendit, literarum amore atq; patrocinio ingentia merita cumulauit, & Compl. academiam in ſummã pacis, tranquillitatis, incrementi & propagationis ſpem erexit.

D. Ioanni Martino Siliceo præſtantiſſimo Theologo, sereniſſ. principis Philippi præceptori, Archiepiſcopo Toletano, Hiſpaniarum primati digniſſ. academiæ Complutenſis liberatori, pacis & quietis in rep. literaria fundatori, ob ſingularem virtutem, & ſummæ dignitati non imparem ſanctitatem, cum propenſiſſimo literarum amore coniunctã, Complu. Schola celſitudini eius atque præſtantiæ deuota, patrono feliciſſimo. D.

Illuſtriſſimo. D. D. Ioanni Martino Siliceo, Chriſti Opt. max. vicario benigniſſ. cui vitę ſanctimonia cœlũ pollicetur. Diuina ſapientia feliciſſimum Philippum Hiſpaniarum Principem inſtituendum tradidit. Generoſa animi magnitudo terras aperit, incorrupta Minerua oliuam & ægidem in ſapientiæ ſignum, tum eiuſdem protectionem defert. Pudicę Muſæ lauream coronam neſtunt, candidus Apollo triumphum celebrat, Quibus dotibus Eccleſia Toletana in matrimonium cedit. S. P. Q. Comp. arcum. D.

Literarius Senatus literarum principi, Theologorum Schola, eruditione & moribus Theologo clariſſimo Philoſophorum gymnaſium, Philoſopho nobiliſſi. ingenuarum artium familia, parenti illarum benigniſſi. Eccleſiaſticus exercitus, maxime ſtrenuo ac ſapientiſſi. ſanctiſſimæ eccleſiæ duci, Glorioſiſſi. præſulis populus eius ſucceſſ. præſuli Glorioſiſſi. vniuerſus denique Complutẽſis grex paſtori ſuo expectatiſſ. pręſentem dignitatem, ſummam quidem, ſed meritiſſimam (id quod felix fauſtumque ſit) cum ingenii omnium gratulatur lętitia.

Archiepiſcopo Toleta. D. Ioanni Martino Siliceo, bonorum ingeniorum fautori, diſciplinarum patrono,

indigentium ac miſerorum pręſidio, qui priſcam ſanctorum patrum ſinceritatem, antiquorum epiſcoporum vigilantiam, & tam diu deſitum miſericordem animum, ad perditos mores emendandos reuocat Schola. Compluten. dicat.

Feliciſſimo pręſuli, cuius hodie auſpicio, ingenuæ artes nitorem recipiunt, ingeniorum certamē agitur, Theologia exultans principatum tenet, Schola Complutenſis totam hanc celebritatem offert.

Ferro & Silici clypeorum inſignibus aridam materiā totam videlicet ſtudioſorum turbam, Mecęnatum negligentiam marceſcētem accendendā & excitandā Compl. Schola ſubminiſtrat.

Votis tanti pręſulis diannuāt. hic collapſum lyceum in meliorem faciem, opere et cultu magnificentius reddet. Felici ac triumphatori patrono noſtro, di deęq; omnes fauete, ſi nos reſpicitis.

Studioſus muſarum chorus Complutenſis academię, quam libertatem inſperata lętitia recuperauit, a morte feliciſſimi nominis Franciſci Ximenij amiſſam, Ioanni Siliceo humaniſſimo pręſuli, Achiepiſco. Tolet. & illuſtriſſimo principi acceptam refert.

Illuſtriſſimum ac pręclariſſimum Hiſpaniarum Archipręſulem, Ioannem Martinum Siliceum, ab epiſcopatu Chartaginenſi nuper Sereniſſimi Principis Philippi auſpicio, Dei Optimi. Maximi. bonitate in Auguſtiſſi. Toletanum Archiepiſcopatum ſumma cum ſpe & emolumento literarum omnium nuper euectum

Compluten. academia, ſenatus literarius cũ muſarũ omnium choro, nouo ſui incremento exultantiũ, patronũ ac mecœnatem ſuum indulgentiſſ. B. M.

C. P. L. C.

Antiquata mœnia, & pene collapſa, huius almæ Cõplutenſis academiæ, quæ rubiginem & ſqualorẽ cõtraxerant, & ſeruitio oppreſſa tenebantur. D. Ioannis Martini Silicęi præſulis archiepiſcopiq; Tolet. aduentus feliciſſimus redemit, clementia & miſericordia refecit.

S. P. C.

Siliceo maximo Hiſpaniarum præſuli, Archi. Tolet. sereniſſ. Philippi principis magiſtro, ſchola populuſq; Comp, literas, honores, ſummamq; dignitatem gratulatur, ſibiq; ipſi felix ac fauſtum ducit: & alterum Franciſcum Ximenium verũ patronum, benigniſſ. q; patrem, e cœlo cecidiſſe fatetur: nam ſi ille Muſarum domum erexit, hunc erectam aucturum, auctamq; ſeruaturum arbitratur.

Silicęum Philippi Hiſpaniarũ principis, Caroli Cæſaris Imperatoris filij, magiſtrum, muſarum & bonarũ omnium literarum ſacrarium, patronum ſuum, nuper Tolet. eccleſiæ præſulem creatum maximum, S. P. Q. Comp. Deo Opt. Max. ſeruatori, votis fauſti auſpicatiq; ſucceſſus, nuncupatis libentiſſimis ac iocundiſſimis animis excipit, eiuſq; ditioni, arbitrio, & imperio publicas literas, cõmunes penates, priuatas fortunas, remp. vniuerſam, ſe ſuaq; omnia diuina & humana deo bene volente permittit.

SChola o nimiũ felix ſcylleis expoſita canibus, liby cis concuſſa ſirtibus, io clamet cygneo canore vox dulcior tua, principem nacta, quo neſcias diligẽtia ne, an grauitas, prudentia, an ęquitas, ſciẽtia rerum, an morum dignitas præſtet

REctor Academiaq; Complutenſis, Domino Ioanni. M. Siliçęo, litterarum pręſidio, ſacræ Theologię magiſtro, Sereniſſi. Principis Philippi præceptori, Archiepiſcopo Toletano, ob deuictam humilitate ſuperbiam, modeſtia elationem, vitia virtutibus conculcata, ob potentiam Apollini nouemq; ſororibus reſtitutam, hunc dicat triumphum.

CArolus quintus, Cæſar Auguſtus, Imp. Maximus, ea felicitate qua cætera, pręfecit Eccleſię Tolet. protomyſtam digniſſi. Ioannem Mart. Silicæum, egregium Theologię doctorem, ſingulare morum exẽplar, fulgentiſſimum præſulum ſidus. Cooptauit Paulus pontifex max. Gratulãtur Iberi Patresq; populusq;. Gratulatur Complutẽſe lycęum, inq; tanti gaudij teſtimonium nobiles ludos ędit.

IOanni Martino Siliçęo, Theologorum decori, ob ſingularem doctrinam, morumq; candorem. Philippi feliciſſimi principis inſtitutori quondam creato, deinde ob egregia merita Carthaginenſi eccleſię pręfecto, tandẽ ad Dei opti. maximi gloriam, chriſtianæ reip. protectionem, Barbarorum expulſionem, muſarum reſtitutionẽ, virtutis remunerationem, egenorum, viduarum, miſerorumq; omniũ ſolatiũ, cum publico Hiſpaniarũ applauſu, ad Toletanũ pontificatũ nuper promoto, Academia C. Cõpl. arcũ varijs ſtudioſorũ vigilijs ornatũ erigẽdũ.

SAlue ſalus ipſa, feliciſſime aduenias felicitatis author certiſſime, diutiſſime luceas Silex luciſſime, pro notis eorum quos ſuſtines, Stes precor firmiſſima bonorum omium columna. Tam fauſto pede nunc viſas tuos, quam cupide & ardenter, iam pridem omnes expectamus aduentum.

## Inſcriptio Grçca.

Τῷ σεμνοτάτῳ, καὶ τοῖς ἁγίοις ἤθεσι, καὶ πάσαις ταῖς ἀρεταῖς κεκοσμημένῳ, Ἰοάννι Μαρτίνῳ Σιλικείῳ, τῆς εὐσεβείας ἕνεκα, καὶ κατὰ τοὺς πενίχρους οὔποτε καθ᾽ ἡμῶν πινυθανομένης ἐλεημοσύνης, πᾶσα ἡ σοφία εὐφρανθεῖσα, καὶ ὅλη ἡ κομπλουτου πόλις σκιρτῶσα, ταύτην ἑορτὴν ἐγείρει.

## Interpretatio.

GRauiſſimo & ſanctis moribus atq; vniuerſis virtutibus exornato Ioanni Mart. Silicço, ob pietatem et religionem, inauditamq; noſtro æuo erga pauperes miſericordiam, vniuerſa ſapientia geſtiens, & tota Complutenſis turba trupudians hoc feſtum concitat.

## Alia Græca.

Τῷ τῆς ἐλευθερίας σίλβοντι φωτὶ καὶ τῇ ἱερᾷ τῆς ἀθήνης ἀκροπόλει. τῷ τῆς παιδείας αἰγίδι, καὶ ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν τῷ ἀληθεστάτῳ ἐλέου βωμῷ, πάντες οἱ τῶν μουσῶν καὶ τῆς σοφίας τρόφιμοι τὸ τ᾽ ἔριον, καὶ τὴν ἐλαίαν προσφέροντες ἱκετεύουσι, καὶ τοῦ ἀρχιερέως γούνατα καὶ ἀνθερεῶνα ἅπτουσι.

## Interpretatio.

LIbertatis ſplendenti faci, ſacræ Mineruæ arci, doctrinarum Egidi & clypeo, atq; vt ſemel dicam, veriſſime miſericordiæ arç, vniuerſi muſarum & ſapientiæ alumni, oliuam & lanam gerentes ſupplicant. Genua & mentum pontificis contrectant.

# COMENDACION DE LAS GLOSSAS VVLgares, al Reuerendiſſimo Señor Arçobiſpo de Toledo en Tercetos Caſtellanos.

AL principe de preſtes, al primado
Deſpaña al que a las Muſas da repoſo,
Salud y dicha buena, y mas eſtado.

El benigno lector, el que eſta anſioſo
De ver en ſu lengaje algun eſtilo,
Aqueſtas gloſſas lea codicioſo.

La muſa çaharenã el duro filo
De mi ronca vihuela no le eſpante
Que mas delgada hebra no la hilo.

O quien me dieſſe brio tan baſtante
O quien ya me inſpiraſſe melodia
Que ſonaſſe en poniente y en leuante.

Esfuerça te algun tanto muſa mia
Publica de tu lengua ſu theſoro
En vano no ſe vaya aqueſte dia.

En la griega ſe halla el bello choro
Mezclado con cantares y cordura,
La granedad en Roma y en ſu foro.

En todos los negocios la ventura
es mucho lo que puede,y adelanta,
delos ſabios las lenguas ſon hechura.

Aquel diuino Homero en Griego canta,
y muchos otros mas que aqui me dexo.
Maron en los Romanos nos encanta.

En nombre de mi lengua yo me quexo,
aqui con boz lloroſa,y triſte acento,
que nunca tuuo yedra,ſino texo.

Agora me pareſce que ya ſiento
brotar nueuos pimpollos de laureles,
guiados con furor y con aliento.

Aqueſtos por ventura en ſus papeles
daran alguna mueſtra,algun dechado
del lenguaje Eſpañol,de ſus niueles.

Ay gracia,o ay donayre tan ſalado
en otra alguna lengua,que no cobre
ſabor nueuo en la nueſtra traſladado?

En copia de palabras quien la ſobre
no ſiento,aunque las dos contino leo
que me moſtr'aran bien ſi fuera pobre.

Antes alguna vez quando me veo
forçado en la licion que aqui profeſſo,
con latin declararme por rodeo,

Al romançe me voy claro confieſſo

mi poca abilidad, y luego hallo
palabras conuenientes al proceſſo.

Las agradables metaphoras me callo,
las ſentencias embueltas con refranes,
no digan, lo que ſuelen. Cada Gallo.

Los dichos apazibles de truhanes
los motes y las gracias y biuezas,
a quien no quitaran dos mil afanes?

Para las coſas grandes tus altezas
que tienes ſe pareçe lengua mia
quando el Predicador dize grandezas.

En mi niñez y juuentud biuia
vn varon, que los mas bien conocieron,
por nombre Dionyſio ſe dezia.

Teſtigos me ſeran los que le oyeron
de aquella mageſtad conque hablaua,
y aquel torrente grande que en el vieron.

Vocablos, parecia que innouaua,
ſegun muchos dezia, grandemente
los fines de la lengua dilataua.

Aqueſte nos monſtraua claramente
la fuerça de la lengua que tenemos,
y quan poco ſe ſabe de gente.

Aqui con la latina la ponemos,
el inclito Rector lugar le ha dado:

con lenguas fauorables lo loemos.

Si de las coſas proprias no me agrado,
y en eſto mi juizio tengo ſano
en nada la Romana ſe ha agr[illegible]diado.

Señor Reuerendiſſimo la mano
le dad para ayudarla, pues merece
tener de vos fauor todo el humano.

Contino la virtud loada crece
y el exercicio que es fauorecido
en alto en vn momento reſplandece.

Antes oluidara el aue ſu nido
las aguas hazia tras yran boluiendo,
que ſe ponga Mecenas en oluido.

Aqueſte los Poetas requiriendo
ſu ocio, y ſus ingenios ſuſtentando
ha hecho que el latin eſte biuiendo,

Eſtamos otro tal agora eſperando
que haga nueſtra lengua valeroſa,
ſu ayuda, y ſu fauor encaminando.

El ſoberuio edificio, la coſtoſa
madera, y canteria, los beſtiones
algunos les parece eterna coſa.

Y al fin andando ſiglos los montones
de cantos ſolo quedan, o ruinas
como arbitraria piedra de mojones,

Aqui deuieron ſer algunas minas
el caminante que paſſa va diziendo:
he aqui de la alta torre las eſquinas.

Otros de mas quilate, no queriendo
gaſtar en piedras muertas dexan renta,
para la caſta donzella proueyendo.

Ay Dios que ſanta obra, quanta cuenta
de aqueſte tal varon auer deuia,
por falta de Poetas no ſe mienta.

En el canto de aqueſtos biuiria,
exemplo a los de mas eternamente,
en ſus medidos verſos dexaria.

Por donde conocemos a la gente
paſſada, qual fue Griego, qual Romano:
porque ſe ſabe agora del valiente:

Tuuieron eſcriptores a la mano,
que nos dieron noticia de ſus coſas,
y los libran del diente del guſano.

Aqui ſeñor tus obras valeroſas
en que dichoſamente a ſi te empleas,
los verſos las publican y las proſas.

A ti lector las damos que las veas.

# GLOSAS CASTELLANAS. A LOS SIGVIENTES verſillos, propueſtos en la contienda.

Sepa cierto la virtud
que ſera remunerada
aunque mas eſte encerrada.

Si el hierro en la piedra hiere
en alto ſalta la lumbre,
la virtud ſube en la cumbre,
q̃ndo humildad la ẽcubriere,
ſella la Dios, porque quiere
que en ſu nombre ſea hallada
aunque mas eſte encerrada.

Sepa cierto la virtud.

Aunque eſte mas diſfraçada
la llama en el pedernal,
con el eſlauon llamada,
ſale a fuera publicada
por la fuerça del metal.
pero ſiendo el eſlauon
qual aquel que de Iaſon
deciende, y la piedra tal,
la virtud de cada qual
ha de ſer notificada,
aunque mas eſte encerrada.

Sepa cierto la virtud.

No puede el premio faltar
a quien conſigo le tiene,
que de la virtud prouiene
al hombre premio ſin par,
no pienſe de ſe quedar
la virtud, ſin ſer premiada
aunque mas eſte encerrada.

Sepa cierto la virtud.

Sepa la fina virtud
que ha de hallarſe en el cẽtro:
ſi con fe y amor de dentro,
funda ſu fuerça y ſalud
ſepa que del ataud
a vida ha de ſer tornada
aunque mas eſte encerrada.

Del pedernal en la vena

el fuego y aze eſcondido,
faſta tanto que es valido
del eſlauon con la pena.
ſepa cierto el alma buena
que a luz ha de ſer ſacada
aunque mas eſte encerrada.

El alma que luze y arde
con obra del fino amor
que le da la luz y ardor
ſufra, eſpere, y tiempo guarde,
porque temprano que tarde
en plaça ha de ſer honrrada
aunque mas eſte encerrada.

Sepa cierto la virtud.

El pedernal eſcondida
tiene ſu lumbre y ſecreta
y aſſi encubierta, y metida
eſta la virtud perfecta
en el alma recogida.
mas de oy mas ſera encendida
y con premios publicada
aunque mas eſte encerrada.

Sepa cierto la virtud

Eſtaua en el pedernal
encerrado ardiente fuego
toco la mano real
y encẽdio eſta lumbre luego
con ella ſera alumbrada
en el mundo la virtud
dexara ſu quietud
aunque mas eſte encerrada.

Sepa cierto la virtud

Dios es eſlauon de azero,
pedernal tu coraçon,
del qual al toque primero
ſalto vn fuego, vn nueuo don,
eſte alumbra la razon:
tu virtud haze enſalçada
aunque mas eſte encerrada.

Sepa cierto la virtud

Sepa que es de tal vigor,
que aunq̃ el mundo la deſpida
por no ſer del conocida,
no ſe pierde ſu valor
que en otro mundo mejor
ha de ſer gratificada
aunque mas eſte encerrada.

Encierraſe en fortaleza
del fuerte batallador,
porque eſte mundo traydor
no contraſte ſu firmeza
y por tanto ſu deſtreza
deue ſer remunerada
aunque mas eſte encerrada.

Sepa cierto la virtud

La virtud piedra precioſa
en el ſabio y virtuoſo,
no da al principio repoſo,
mas al fin cierto repoſa
haze ſu vida gozoſa
y es de todos alabada
aunque mas eſte encerrada.

Sepa cierto la virtud.

Chriſto es la piedra angular
y ſan Pedro el fundamento,
puſo Dios nueuo cimiento,
en ſu ygleſia al pedernal,
del tocado ha de alumbrar
del ſu luz ſera premiada
aunque mas eſte encerrada.

¶ Otra fuera de ley.

Si piedra es firme cimiento
donde ſe funda la ygleſia
vniuerſal
Baſtara por fundamento
en que ſe funde la nueſtra
pedernal.

Sepa cierto la virtud.

Tiene virtud fuerça tal
que alumbrādo ala razon,
la razon es eſlauon
de iuſticia diuinal,
ved ſi con tal pedernal
la virtud ſera alumbrada
aunque mas eſte encerrada.

No puede, no puede ſer
que pues Dios tanto la quiere,
del que tal joya tuuiere,
oluido pueda tener,
puede virtud padeſcer,
pero al fin ſera enſalçada
aunque mas eſte encerrada.

Podemos la ver andar
abatida por el ſuelo,
mas nadie tenga recelo
que Dios la quiere dexar.
es vn modo de afinar
la que ha de ſer encumbrada
aunque mas eſte encerrada.

Como puede ſer que Dios
ſiendo la miſma virtud
conſienta que ingratitud
la derueque aca entre nos,
Dios y virtud no ſon dos
ved ſi ſera ſublimada
aunque mas eſte encerrada.

Sepa cierto la virtud.

Ni la candela encendida
ſe tiene en ſecreto pueſta,
ni la ciudad ſobre pueſta

en el monte, eſta eſcondida,
la virtud de Dios regida
conuiene ſer diuulgada
aunque mas eſte encerrada,

El fuego en el pedernal
viuo eſta, y diſſimulado
mas del azero tocado
da de ſu virtud ſeñal
moſtrandoſe en breue tal,
que no pueda eſtar callada
aunque mas eſte encerrada.

Largo tiempo en la priſion
tuuo Ioſeph en egypto,
eſtimado en tan poquito
que del ya no auia mencion,
mas la deuota oracion
manifieſta la celada
aunque mas eſte encerrada.

Paſtorcillo fue Dauid
ſin eſtima en mocedad,
mas creciendo ya la edad
deſcubre ſu biuo ardid
virtud, de tal adalid
ha de ſer en fin hallada
aunque eſte mas encerrada.

Sepa cierto la virtud.

El hombre es el pedernal
la voluntad eſlauon.
quien los mueue es la razon,
la lumbre virtud moral,
es le el premio y eſca tal
do reſplandece eſtimada
aunque eſte mas encerrada.

Soneto.

Alegrate Sion, que en alta peña
aſientas tu cimiento y edificios,
mejorenſe de oy mas tus ſacrificios,
eſtiende con plazer tu rica ſeña.
Comtempla como dios, no ſe deſdeña
hazerte con largueza beneficios,
mudando el ornamento de tus quicios
en fuerte pedernal por berroqueña.
Tu eſpoſo celeſtial te reſtituye,
aguarda al buen gouierno del paſtor
no flaco, ſoñoliento, y mercenario
Aqueſte te hara muy gran fauor
que nunca por temor del lobo huye,
ni guarda por codicia del ſalario.

Sepa cierto la virtud.

Eſta virtud excelente
es vna vela encendida,
pero en el medio eſcondida
da poca luz a la gente
mas Dios ponela euidente
en vn candelero alçada
aunque mas eſte encerrada.

Sepa cierto la virtud.

El que mas eſta encumbrado
por qualquier arte ſubido
ſi de virtud es menguado
ſepa que eſta aparejado
para ſer preſto caydo,
y ſi quiere no caer
empiece en la juuentud
en obras de merecer
que a la fin le ha de valer
ſolamente la virtud.

La ſoberuia, y auaricia
ponen al rico en pobreza,
porque llega la codicia
juntamente con malicia
y le abaxan del alteza.
pero la virtud diuina
entre los buenos buſcada,
es theſoro, y clara mina
que ella meſma ſe encamina
para ſer remunerada.

La virtud aunque poſpueſta
no le falta perficion,
en el alma eſta compueſta
y en ſus obras manifieſta
lo que eſta en el coraçon,
mas deſpues de conocida
y ſu alteza declarada
danle el pago en eſta vida
y en la otra ſin medida
aunque mas eſte encerrada.

Sepa cierto la virtud.

El diamante encerrado
dentro de ſu mineral,
de ninguno es eſtimado
haſta el auerle ſacado
que le conocen por tal,
virtud es deſta manera
que aunq̃ mas eſte encerrada
quiera encubrirſe, o no quiera
en el fin de la carrera
ha de ſer remunerada.

Si el eſlauon de poder
Toca en piedra virtuoſa
haze aquel fuego poner
donde todos puedan ver
ſu mano muy poderoſa,
la piedra del pedernal
del gran principe tocada
deſcubrio en ſi lumbre tal
que le daran premio igual

aunque mas eſte encerrada.

Por hurtar lumbre del cielo
Prometheo fue caſtigado,
pues el que nos ha alumbrado,
con ſu lumbre en eſte ſuelo,
cumple ſea remunerado,
el galardon ſea tal
como al otro pena dada
pues que caſtigan el mal
a virtud den premio ygual
aunque mas eſte encerrada.

Sepa cierto la virtud.

Quanto el fuego mas ſe intima
tanto biue, y arde mas,
virtud dentro en ſu compas
obra como ſorda lima
es vn abiſmo, vna ſima
do la bondad es hallada
aunque mas eſte encerrada,

Como con fuerte meneo
del eſlauon quando hiere,
el pedernal que le quiere,
centellea con deſſeo
aſſi va de Siliceo
virtud en Ieſus fixada
para ſer remunerada.

No por propria poteſtad
la centella empedernida
del pedernal es ſalida,
mas con toque de verdad
del eſlauon de bondad
ha de ſer gualardonada
aunque mas eſte encerrada.

Sepa cierto la virtud.

Dizen que amor y dinero
no puede eſtar ocultado
y aunque ſe encubrio primero,
la fama es ſu pregonero
por donde ſale al mercado.
Eſte meſmo tiene el fuego,
y la virtud viene luego
con tal lumbre acompañada
que haze viſlumbre al ciego
aunque mas eſte encerrada.

Sepa cierto la virtud.

Semejante a la verdad
es la virtud eſcondida,
que ſu muy gran claridad
le procura dar ſalida
eſta do quiera metida,
y al fin es remunerada
aunque mas eſte encerrada.

Aunque la virtud en ſi
baſte por gran galardon,
y pueda ſola por ſi
tomarſe por alto don,

no contradize razon,
dexe de ſer ſublimada,
aunque mas eſte encerrada.

Es ſoya de tal valor
que no ſe puede eſtimar,
no tiene piedra ſeñor
que ſe le pueda ygualar,
eſta ſepa ſin dubdar
que ſera remunerada
aunq̃ mas eſte encerrada,

Sepa cierto la virtud

Tiene tan gran mageſtad
la virtud do quierque poſa
que mirando ſu bondad
catiua la libertad
ſin dar lugar a otra coſa.
da de ſi gran galardon
fama y honrra no acabada
en ſi eſta la perficion
por do ſiente el coraçon
que ha de ſer remunerada,

Sepa cierto la virtud.

Tenga quien quiſiere renta
honrra del mundo y fauor
que al fin al dar dela cuenta
en el dia del afrenta
vera que es todo vn vapor,
mas la virtud aunque amarga
y del mundo deſechada
crea quien lleua ſu carga
ala corta o a la larga,
que ha de ſer remunerada.

Haſe agora parecido
en eſte ſancto perlado
que eſtando tan retraydo
encubierto y eſcondido
ha le dios preſto enſalçado
do claramente parece
que la virtud eſmerada,
quanto mas baxa mas crece,
y en ſu tiempo reuerdece,
aunque eſte mas encerrada.

Sepa cierto la virtud

Como entretexida yedra
es quien de virtud ſe ayuda,
que prendida ſiempre medra,
aunque ſe arrime a vna piedra
de pedernal muy deſnuda.
alli ſuſtentada crece,
y por ſu valor merece,
que de todos ſea buſcada
aunque mas eſte encerrada.

Sepa cierto la virtud.

El bueno y el virtuoſo
que va huyendo y ſe encierra
en vn rincon dela tierra

por hallar algun repoſo:
Es de ſu virtud celoſo.
pero ya ſera buſcada
aunque mas eſte encerrada.

El que no halla verdad
en el mundo, ni razon,
el que ve la perdicion
de virtud y de bondad,
hiera aqui con eſlauon
y ſera luego hallada,
aunque mas eſte encerrada.

Hiera con toque de amor,
mouido de ſanto zelo,
no con fuerça, ni furor
ſino rodilla por ſuelo,
La gloria y virtud del cielo
aſſi ſera reuelada
aunque mas eſte encerrada.

## SONETO.

EL cuydoſo paſtor, el buen cabrero
que apacienta el ganado enla montaña
en alto tiene pueſta la cabaña,
de dia le vereys en vn otero

La piedra y eſlauon en el eſquero,
con cuya prouiſion, y preſta maña,
la yeſca con centellas toda vaña,
alumbra la eſpeſſura, el monte fiero.

Da luz a los nauios anegados
que ven deſde las ondas eſta lumbre,
el leon eſpantado va huyendo.

Aqueſte buen paſtor, que eſta enla cumbre,
es biuo pedernal, que en el hiriendo
todos eſtos prouechos ſon ſacados.

## GLOSA MAS DILATADA SOBRE LOS verſos Caſtellanos. Reſponden a ellos la vltima copia.

ES como ſueño eſta vida
es vna ſombra, es vn tras
es como roſa florida
es carrera diffinida,
de aquel ſupremo compas,

Andando en el mejor juego
encontramos en el lazo,
fenece la vida luego
viene el eterno ſoſſiego
ſin aguardar a mas plazo.

Eſcureſceſſe la gloria
de duques papas, y reyes
apagaſſe la victoria,
ſu blaſon y ſu memoria
fin ya tienen con ſus leyes.

Mas mortalidad quebranta
la virtud a donde mora,
eterna memoria planta,
y al muerto da vida tanta
que no muere ſola vn hora.

Por eſta muertos biuimos,
y auſentes ſomos pſentes,
por eſta al cielo ſubimos,
y por eſta mereſcimos,
auer gloria entre las gentes.

Eſta nos haze immortales
eſta nos da eterna gloria,
eſta nos ſaca de males,
aqueſta nos haze yguales,
con los de eterna memoria.

Y ſi por premios andamos
no la deuemos dexar,
porque ſi bien lo penſamos,
en la virtud mas hallamos
que podemos deſſear.

Por virtud ſe ha fauorido
de la virtud el dechado,
a la virtud ſe ha tenido,
y contino della aſido,
vn tã grã premio le hã dado.

Es del hõbre ſin ceſſar
ſiẽpre a la virtud ſeguir,
pues que la quiſo nõbrar,
y de ſi nombre le dar *A uiro*
no la dexe ſola yr. *Virtus.*

Porque ſi bien la ſiguiere
en vejez y mocedad
Quãdo la muerte occurriere
dara de ſi claridad
pareſcer ſe ha la verdad
ſu virtud ſera illuſtrada
aunque mas eſte encerrada.

Fin de las gloſas.

# PICTVRAE ENCOMIVM, SIVE DE ICONIBVS.

QVoniam ad eam partem, Lector, deuentum eſt: vbi Iconum exẽpla propoſita cernis, ne quid te in ipſis remoretur, nõ pigebit præfationis vice aliquã tibi notitiã apponere, eorum quæ ab eruditis ſcholæ noſtrę hominibus in hiſce figuris expreſſa ſunt, vt ſi forte carmina alicubi ceſſarunt, hic tibi plane ſatisfactum ſit. Nec miréris ſi ad Poeticã cõmiſſionem (ita enim huiuſmodi certamina in Auguſto a Tranquillo vocantur) imaginũ cõmenta aduocata ſint: notũ eſt enĩ Simonidis dictũ, qui picturã, Poeſim tacẽtẽ appellabat, quẽadmodũ e diuerſo Poeſim, loquentẽ picturã: vñ pictoribus atq; Poetis quidlibet audendi poteſtas fuit. Quanq; ſi altius rẽ ipſam inſpexeris atq; attẽtius cõſideraueris, quicquid vnq; aut graphice aut amene carminib9 ſuis Poetę cecinerũt, totũ id opus picturæ eſt, tantumq; poetica præſtantiorem eſſe arbitror quantum vmbris corpora digniora ſunt, aut viuæ effigies ipſis imaginibus. Quod enĩ illa calamo deſcribit, & verbis vltro ac citro cõquiſitis lectorũ oculis ſubiicere conatur, vixq; & raro tãdẽ aſſequitur, facili negotio pictura exhibet, & adũbratis imaginib9 exprimit. Vbi conſideres pauliſper velim, qua cura Poeta voculas conquirat, qua religione menſuram obſeruet, qua diligentia varietatem captet, qua anxietate ſingula verba ſub iudicium vocet, & deniq; vt nullius artis preſidio furor ille comparari poſſit, qui animis hominum vt dicebat Democritus aut innaſci, aut inſpirari debet. Vt taceã interim Synalœphas & Eclipſis, aliaq;, item cacophonię

vitia, quibus nũc verſus hiantes redduntur, nunc decurtati, nunc murem imitantes. Quę adeo nequeunt a poetis euitari, vt ad illa itinere intercluſo poeſis muta futura ſit. Iam ſi perſonę inducendæ ſunt, illico cumulus rationum quęritur, quid ſingulis conueniat exacte examinatur, Decori tandem cura habenda eſt, ne ſit quod poſſint Ariſtarchi reprehendere. Vbi perinde mihi miraculum eſſet, eundem ſemper tenorem ſeruare, necq; in aliquo aliquãdo cõniuere, ac ſi hominem mihi quiſpiam narraret, qui quod Sibi de fama confinxit Maro, ſomno lumina nunquã declinaret: hinc mediocritas in poetis nõ admittitur, atq; quod placeat ſummũ eſt futurũ. Vnus Maro inter Romanos in heroicis laudatur, poſt hunc ſuo vterq; genere Martialis & Flaccus: non quidẽ opinor, quod ingenio Naſonẽ Lucanũ, Papiniũ aut alios vicerint, ſed quod limę tędiũ ſuſtinuerint, & qua erãt ingenii rigiditate prędit diu in ſeipſos emẽdãdos deſudauerint: qua vna proculdubio re eruditorũ virorũ monumẽta ęternitatẽ aut interitũ merentur: qua de cauſa nõ eſt ꝙ miremur ſi a grauiſſimis authoribus in multis locis improbatur Naſo, manũ de tabula illico tollebat, & quo tẽpore ętatis ſãguis deferbuerat, fuiſſetq; iã ad ſcripta ſua caſtigãda ꝑpẽſior, in duriſſimã fortunam incidẽs de ſe ipſe alicubi ſcribit:

4 de põto. Nec tamẽ emẽdo, labor hic quã ſcribere maior,
Mẽſq; pati durũ ſuſtinet ęgra nihil. Et rurſus alibi:
Sæpe piget (quid enim dubitẽ tibi vera fateri)
Corrigere & longi ferre laboris onus.

Quãto pictoribus liberior cãpus qbus modo pictura nõ inepta ſit, ſuis vmbris ac luminibus cõſtet, recteq; armogẽ & ſymmetriã obſeruet, impune eſt ꝑmulta ſępe addere ꝗ ſolũ ad tabulę ornamẽtũ ſpectẽt, Parerga illi ꝓprio nomine appellãt, vñ facilius ſine piſcibus mare deprehẽ

des,quã ſine rupibus & arboribus picturas: hincq; pro uerbiũ Horatianũ locũ habet, de cupreſſo facile effingẽ do. Atq; vt vnicũ exẽplũ proferam, reprehenditur Ouidius a Seneca, quod cũ in orbis inundatione ſatis pro rei amplitudine dixiſſet. Omnia põtus erant deerant quoq; littora ponto, nõ cõtẽtus ita dixiſſe, orbe terrarũ deuorato laſciuierit, illudq; cũ cęteris ſubiecerit, Nat lupus inter oues, fuluos fert vnda leones, Vnda vehit tigres, nec vires fulminis apro. At ſi hoc idem graphice ſtilo pictor expreſſiſſet, nihil eſſet amenius aut gratius. Effertur in cęlũ laudibus Maro, qđ ampliſſime vnico hemiſtichio Troianę vrbis cladẽ explicauerit. Littora tũ patrię lachrymãs, portuſq; relinquo, & cãpos vbi Troia fuit. Quodq; aridũ & ieiunũ pictori eſſet, huic ſummæ laudi tribuit. Adeo eloqui longe grauius eſt, & ſinopis, rubricę, ſandarachę, ceruſſę ac cęterorũ pigmentorũ prodigi, parcitati verborũ ſtudemus. Multa dicenti prętermittẽda ſunt, multa innuẽda, diſſimulãda alia, & ad agricolæ prudẽtis exẽplum manu ſemẽ ſpargẽdũ eſt nõ ſportula qđ Corinna admonuit, cũ ei verſiculos Pindarus legiſſet, quos ꝑ etatẽ laſciuiẽs cõpoſuerat. Eã ob rẽ apud Platonẽ Socrates, nemini aliquid ſcribẽdũ eſſe cẽſet, quãtũcũq;, n. ab hmõdi calũniis ſcriptura immunis ęderet, ꝑpter verborũ amphibologiã, ꝑpter ſenſa parũ intellecta, ꝑpter diuerſa ĩgeniorũ acumina, variaſq; legẽtiũ ſentẽtias ferme nunq̃ authoris ſenſus cõſtat, & caligine ac tenebris inuoluit. Didicerat hoc ille ab ęgyptiis ſapiẽtibus, q ob eãdẽ fortaſſe cauſam, neq; ob aliquã aliã religionẽ moti, imaginib9 ac picturis ꝓ elemẽtis aut notis vtebãt, neq; vllos vnquã characteres admiſerũt. Lrę iſte Hieroglyphicæ vocantur, de quibus Horus ægyptius libellũ ſcripſit, eũ adeat qui intelligere voluerit, quãto illę literę meliores ſint, quę nõ modo animi notiones indicãt, ſed & oculos pictura oblectãt, & ali

*Plutarchus in libello, de Atheniensium præſtantia.*

qua naturæ cognitiõe erudiũt. Principium iſti ni fallor
habuerunt, dum naturam rerum contemplantur, quæ
quocunq; oculos conuertas, nulla re magis quam pictu
ra commendatur. Porro cœlum quod ſupremũ eſt, quot
figuris & ſtellarum imaginibus omni ſui parte variatur?
iam alicubi arietem oſtentat, iam leonem, iam taurum,
iam bubulcum, nihilq; deniq; in terrenis eſt, quod non
ibidem aſtronomi annotauerint. Quo illi vnico libro
vtentes, multa in terris futura prædicunt, multa iam iã
inſtantia patefaciunt, & quod in pſalmis per Prophetam
dictum eſt, Cœlum vt pellem extenſum commoſtrãt, in
Pſal. 103. qua maris vias intelligunt nautæ, noctium vigilias cuſto
diunt paſtores, morborum incrementa diſtinguunt me-
dici, montium altitudines cognoſcunt geometræ, loco-
rum diſtantias aſſequuntur coſmographi, ruris operas
obſeruant agricolæ, vetuſtiſſimo poeta ſic canente:
Heſiod9 Πληιάδων ἀτλαγενέων ἐπιτελλομενάων
in Ergis. ἄρχεσθαι ἀμήτου ἀρότοιο δὲ δυσσομενάων.
Id eſt, meſſis quidem incipiẽda eſt ab ortu Pleiadũ Atlã
te genitarum, aratio vero ab earundem occaſu. Habẽt
ergo vniuerſi quod legant, modo animis attentis circum
ſpiciant, & eruditis oculis, quod a Cicerone prouerbii
vice vſurpatum eſt, corpus illud diuinum contemplen-
tur. Iam vero terra quæ nobis mater eſt, quoties flori-
bus & herbis veſtitur, quid aliud agit quam ſeipſam pin
gere & coloribus diuerſis exornare? qua naturæ vernantis
ſpecie, ita hominum animi recreantur, vt vnã per agros
deãbulatiũculã quibuſuis aliis delitiis anteponãt. Quo
rũ pulchritudinẽ & decorẽ tanquã gloriæ futuræ exem-
plar, deus in pſalmis ſecũ eſſe affirmat. Cognoui, inquit,
Pſal. 49. omnia volatilia cœli, & pulchritudo agri mecũ eſt. Vnde
mihi ſæpe cogitare accidit, aquas illas ſupra cœleſtes quę
in ipſo ſtatim mũdi primordio, ab his noſtris diuiſę ſũt,

aliquid illic huiuſmodi ꝓducere, quod perpetuo vireſcit & exultat, ac nouis floribus ſubinde pullulat: nec enim facile dictu eſt quãtũ animus ad cęleſtia trahatur in nemorebus aut ſyluis conſtitutus, vtq; humanis omnibus neglectis, neſcio quã illico attonitionẽ cõcipit, quãve extaſim, vt ſic dixerim, patitur ad ſupna illa meditãda raptus. Qua de cauſa gentiũ religio lucos oẽs numinibus dicabat, quãpiã in illis diuinitatẽ eſſe cẽſens. Hę ſunt nimirũ picturæ vires & imaginũ latiſſima potẽtia, quod Ariſtoteles vt cętera percipiẽs, factu, inquit, difficile eſt, quin ſpectaculis aut viſis tangamur. Verũ ne nos materiã inſequẽtes, ad argumenta noua diuertamus, inter cętera omnia ornamẽta quibus terra parẽs admirabilis eſt, flores ante omnia principatũ tenẽt: nũc enim auri fulgorẽ oſtentãt, nunc argẽti cãdorẽ exprimũt, nũc ſanguineũ ruborem prę ſeferunt, nũc imperatoriã purpurã expandũt, & ita viua quędã tapetia cõexũt quę totas paraſangas aliquando occupãt. Quis nõ veris tẽpore iter faciens ſæpe numero in memoriã reuocat, quod dictũ a dño ſuper Mathęũ eſt: Cõſiderate lilia agri quomodo creſcũt, amen dico vobis, neq; Salomõ in tota gloria ſua veſtiebatur ſicut vnũ ex iſtis. Verũ iam tecũ tacite ſubmurmuras vanã eſſe huiuſmodi picturam, quę oculos tãtũ & viſum delectat atq; cũ ſole occidente marceſcit: ideoq; paſſim ab omnibus authoribus & ꝑſertim in ſacris voluminibus fugacis voluptatis exemplũ vſurpatur. Sit ita ſane, neq; inficias eo quam celerrime flores interire, ſiquidem omnia terrena pereunt, & quo nobis pretioſiora ſunt, eo citius e conſpectu abducuntur. Vnde elegante ita quidam cecinit. 6. cap.

O nunq; data longa feſta ſummis.
Cur plus ardua caſibus patetis?
Cur ſæua vice magna non ſeneſcunt?

Statius in Lucan. ſ genethl.

Verum emarcidę remedia conferunt, & adhuc fulgo-

re ablato vires retinent. Rogate medicos quantum in illis præſidiũ inueniant, quam multipliciter morbis medeantur. Nec enim credatis diuinum Hippocratem, cęterosq́ꝫ oẽs vetuſtiores medicos alia volumina aut libros habuiſſe, q̃ꝫ agrorũ planities aut irrigua prata, culmina etiã aut mõtiũ ꝑcipitia. Ibi illi remedia legebãt, terræ fibras ſcrutabant͛, & qd quęq; radix polleret, tabulis aut pellibus exaratis commendarũt. Audi pauliſper maximum totius naturę myſtẽ Pliniũ libr. xxii. de hac re loquẽtem. Qui vt ingenii dexteritate quadam, quicquid intẽdit grauiſſime proſequit͛, ita in hac parte hominũ pręſentiũ negligentiã reprehẽdit, quibus in tãta vitę cupidine cura tã iners & otioſa ſit, vt quę paſſim remedia natura obtulit & cõtemnãt & pedibus cõculcent, ſatiſq́ꝫ ſibi cõſultũ putẽt, q alienа fiducia viuãt. Pinxerat, inqt, natura remedia in floribꝰ, viſu'q́ꝫ ipſo aīos inuitauerat, etiã delitiis auxilia permiſcens, inde excogitauit aliquas aſpectu hiſpidas, tactu truces, vt tãtũ nõ vocẽ ipſius fingẽtis illas, rationẽq́ꝫ reddẽtis exaudire videamur: Ne ſe depaſcat auida q̃drupes, ne procaces manus rapiãt, ne neglecta veſtigia obterant, ne inſidẽs ales infringat, his muniendo aculeis, teliſq; armãdo remediis vt tuta ac ſalua ſint. Hactenus Plinius. Veruntamẽ florũ coloribus relictis, in qbus manifeſte pictura relucet. Cũ vno in loco mõtes ſeſe offerũt, alibi nemora & virẽtia prata, alicubi rurſus deſerta loca, & in his ipſis oĩgenę ferę. Quid aliud quam picturę diſtinctionem cernimus? Vrbes deinde, oppida & villæ, in hiſq; ipſis aut humiles caſę, aut ſuperbæ arces, ſuis phratriis & tribubus diuiſæ, nõne & ipſę picturam referũt? Dicam certe quod mihi contingit, alii quid ſentiant explicare poterunt, nihil vnquam oculis meis, aut iucundius, aut gratius ſubiicitur, quam ſi vrbem ex loco ædito conſpiciam, vnde mihi ędificia

ſeſe oſtendant, totaq; illa domuum, templorum, Baſili-
carum & turrium corona conſpectui noſtro viſenda ſe-
ſe offerat. Taceo hominum ipſorum conuentus, publi
cos ludos & religioſas pompas, vbi ordo, qui potiſſi-
mum hæc omnia exornat, nulla re magis quam pictu
ra conſtat. Conuiuia & menſæ, poculorum apparatus, le
ctuli, fercula, & ſeduli miniſtri, liberorum & vxoris aſſi
dentium chorus, nonne gratiſſima pictura eſt? Quã
vnuſquiſq; ſuo loco accumbẽs tabulam prorſus pretio
ſiſſimam efficit ſuis ſpatiis & commiſſuris interſectam.
Iam ſi quando animis infeſtis, aut id ipſum per ludum
in toga referẽtibus, exercitus vtrinq; ſiue mari ſiue terra
dimicare debeat: eſt ne quod magis oculos oblectet, aut
quod ad ſe violentius rapiat? Quæ omnia Home-
rus abunde intelligens, hiſce duobus carminibus ele-
gantiſſime complexus eſt.

Ἀνδρὸς μὲν ϛέφανος παῖδες, πύργοι δὲ πόλιος.
Ἵπποι δ᾽ ἐν πεδίῳ κόσμος, νῆες δὲ θαλάσσης.

Hoc eſt viri corona filii, turres ciuitatis, equi au-
tem campi ornamentum, naues vero maris. Sed age
iam nos humo tollamus, & quandiu corporis moles,
ſuſtinuerit aerem, ſi placet paulisper ſcrutemur. Vbi
primum Iris occurrit, maximum naturæ miraculum,
mille trahens varios aduerſo Sole colores, ac proinde
a Græcis Thaumantias dicta. Aurora deinde roſeis ſuis
amictibus circundata, totas Orientis diuitias præfe-
ferens, & variis gemmis vndequaq; ſplendens. Qua-
re magnus ille Græcorum Poeta, nunc ῥοδοδάκτυλον
nunc κροκόπεπλον appellat. Contemplare poſt hæc Oc
cidentem Solem quam picturata veſtigia poſt ſe tra-
hat, quibus fulgoribus diem perficiat, & quos deniq;
colores ſpargat. Vt crinitas ſtellas interim omittã, ru-
beis colorib⁹ aut ſanguineis dira fata pricipib⁹ minãtes,

vectes deinde & hiatus, tam ſolarē quam lunarem aream
colorum varietate tempeſtates indicantes: & cęteras de-
niq; nubiũ effigies, quas vt omni diuinitate plenas So-
libr. de hiſtoria animal. 9. cratē dearũ loco coluiſſe priſca q̄dē comedia iactauit. A-
ues vero q̄ aerē incolũt ſole potuiſſent picturā cōmēdare,
adeo multiplicibus coloribus prēſtringunt, totęq; ſunt
picturis variegatę. Vnde ex ipſorum colorum diſcrimi
nibus in abſolutiſſima aialium hiſtoria, alias κυάνους,
alias χλωριώνας, ὠχρίδας, alias Ariſto. appellat. Qu s
vtriuſq; linguæ conſultiſſimus interpres, eiſdem apud
latinos nominibus, Ceruleos, Vireones, Luteas itē iter
pretatur. Quāquā in hoc vltimo affirmare auſim, mē
doſe pro ὠχρὸς, χλωρὸς hactenus legi. Iā uero aqua,
quæ ob ſuam naturam nullo potuit colore infici, ac pro-
inde οἴνοπα hoc eſt obſcurā ab Homero appellatā Grā
matici opinantur, nonne ipſam peruiam eſſe cernimus,
quod Græci diaphanam ſignificantius dicũt, vt ſolis ra
diis illuſtraretur? Quæ tandem omnia ſentientes homi-
nes rei ornatiſſimæ amore capti, ſaltationem meditati
ſunt, qua geſtibus picturam tacentes effingũt, & vocem
qua maxime excellunt comprimentes, ſeſe imaginum
inſtar componunt, malũtq; effigies quam homines vi-
de . Quod inclytum commētum in tanto olim fauo
re fuit, vt ex Imperatoribus haud ignobiles, in theatris
publice ſaltauerint, nec puduerit rerum dominos eo ſe
exercitio oblectare. Verum & noſtra tempeſtate vide-
mus, quantum laudis ſchola noſtra habeat, quod ſacra-
mentalibus ludis, quos apparatiſſime quotānis celebrat,
has ſaltationes in lucem reuocauerit, priſcis illis fidem
facientes. Sed quid ego hæc externa conſector, ac non
potius Apollinis exemplo ad ſui cognitionem vnum-
quēq; reuoco. Vbi præter hæc ipſa quæ vniuerſis ma
nifeſta ſunt, manuum, pedum, ac cęterorum membro-
rum diuiſiones, quibus amabilis illa pulchritudo con-

ſtat, ac mundi minoris appellationem corpus iſtud humanum meruit: Duo mihi admirationem faciũt, comę ſcilicet, & oculorũ tunicæ. E quibus ſi quis capillorum colores atentius conſideret, non medicatos aut ex arte emẽtitos, ſed natiuos, & ſpõte prouenientes, ſuccos omnigenos intra corpus contineri credet, quibus variea natura tingantur. Sunt enim aliqui quos hyacinthinos aut ferrugineos dicunt, quales Vliſſes habuiſſe fertur. Flaui nunc a multis expetuntur, ſed olim in Achille & in Menalao nobiles, Homericis carminibus celebrati ſunt. Nigros Læda pretioſos fecit, & in tanto olim honore habitos, ſunt vt pulchitudinis typum proponens Flaccus, ita in poetice principio dixerit. Spectãdum nigris oculis nigroq; capillo. Hos & in auibus commẽdatos eſſe. Theodor9 Ariſtotelis interp̃s effecit, nã quos ille μελαγκορύφυσ vocat, atricapillas neſcio quam recte, at ambitioſe tranſfert. Melancoriphi enim appellationem & Latinis quoq; receptam eſſe, verba Plinii manifeſte indicant: Qui lib. x. capi. xxix. Ficedulas has aues ſolũ autumno appellari ait, reliquo tempore Melancoriphos dici. Quæ nomina cum recepta ſunt, nihil opus eſt vel authore Cicerone in Latinũ ſermonem mutare. Laudat Naſo in amica Cedrinos, quos recte opinor, nũc dixeris caſtaneos. Illius carmina in Elegiis hæc ſunt.

*C δυαr. z*

*Dixiſſet enim melius atricipites, aut atriuertices. Libr. v. de diuinati.*

Nec tamen ater erat, nec erat tamen aureus ille
    Sed quamuis neuter mixtus vterq; color.
Qualem cliuoſæ madidis in vallibus Idæ
    Ardua direpto cortice cedrus habet.

*Libro. ſ. Elog.*

Purpureos vero in aliquibus conſpici, fidem facit Niſi & Scillæ fabula, cuius Crinem illum fatalem, oſtrum imi

tari, Poetarum carminibus diuulgatum eſt. Cani demũ & albentes comę quę ſenectutem ante omnia exornant, eamq; venerandam reddunt, nonnunquam ſolent pueris innaſci, & iuuentutem reuerendam facere. Teſtimonio eſt argonauta Erginus, de quo ſunt apud Pindarum pulcherrima illa Hipſiphylis carmina.

In Olympicis. ᾠδος. δ.

φυόνται δὲ, καὶ νέοις
ἐν ἄνδρασι πολιαὶ
θαμὰ, καὶ παρὰ τὸν ἁλικίας
ἐικότα χρόνον

Proueniunt, inquit, & in iuuenibus viris frequenter cani, præter ætatis legitimum tempus. Sed quid ego diutius e capillis pendeo, ac non iam ad oculos deſcendo, quorum cornei & criſtallini orbes non minorem varietatem habent: aliis nigrum colorem referentibus, aliis atrum, quibuſdam rufum, nonnullis vero cæſium aut glaucum, Cęterum quod his omnibus admirabilius eſt, per hos, rerum imagines ſuſceptæ, neſcio quam tabulam in cerebro adinueniũt, vbi adeo exacte pingũtur, vt pene ſimile portento ſit, tot rerum effigies, ita diuiſim in eodem loco haberi, vt non modo illa quæ conſpecta fuerint, ſed quicquid vnquam conſpici poſſit, addo etiam quæ fieri nequeant, ſibi quiſq; ſtatim repreſentet, & neſcio quo ſpiritali penicillo, ea oĩa pro voto depingat, cui9 interioris picturæ tãta vis & poteſtas eſt, vt abſente huius adminiculo, diuina illa intelligendi aura, vacet prorſus & iners ſit futura. Ac proinde ingens cura adhibenda eſt, quibus illa picturis exaretur, neq; aliunde menti periculum pernicioſius imminet, quam a male prouida phantaſia, & facile quaſcunq; figuras admittente. Quare a Lyrico Propheta dictum eſt, Auerte oculos meos ne videant vanitatem. Verum qm̃ ad hæc digredi non vacat, & veremur legentium ſcommata, ne

quis longiorem quam par erat commẽtationem nos de vmbra facere proclamet, finẽ tandem præfationi imponã, ſi prius hoc vice coronidis adiecero, quod a Plinio memoriæ proditum eſt. Pamphili Macedonis authoritate effectũ fuiſſe, vt Sicyone primum, deinde in tota Græcia pueri ingenui diagraphicem, hoc eſt picturam in buxo docerentur, reciperetur'que ars ea in primum gradum liberalium, ſemperque honor eidem fuerit, vt ingenui eam exercerent, mox vt honeſti, perpetuo interdicto ne ſeruitia docerentur. Ideoque neque in hac neque in Toreutice vllius qui ſeruierit opera celebrantur. De quorum præſtantia & nobilitate, & quanto olim in pretio fuerint, quantumque principum ſtudiis commẽdata, erat a me nunc latius proſequendum: niſi tẽpus iam eſſet vt receptui caneremus, & vt te Lector polliciti memores de tabularum picturis doceremus.

*Appellat9 etiam hoc noie mancipia Aſinius Pol. lib. 6. epiſ. fami. Cic.*

## SILICEO FAVES,

MVlierem cui faſcia oculos obnubit, fortunam eſſe facile conicies, nam & caluo occipitio eſt, & manu volubilem rotam verſat, Ioannem Silicæum Archiepiſcopum alloquitur, cuius ex habitu manifeſta figura eſt, indice vero famam cõmoſtrat, cui ex Maronis imitatione, centum aures & totidem oculi, alæ item appoſitæ ſunt. Hanc vt videtur promittit ſe daturam, modo lyceo Cõplutenſi faueat, vbi ingenioſi hominis acumen conſidera, qui in ampliſſimi Prẹſulis nomine, gymnaſii nomen ſimul adinuenerit. Poſt hæc etiam. Si. paſtorum notam, qua pretioſiſſimã ſibi poſſeſſionem, hoc eſt famam & nomen duraturum ſe præſtaturam eſſe pollicetur, modo lyceo & muſis noſtris faueat.

## SVPERBIS ADAMAS.

HIc qui Leonis exuuio indutus eſt, & claua Silicē indignabundus percutit, Iouis filium Herculem vides, Miratur, quo nunc abiere ſuæ vires, & lacertis ſuis iraſcitur, quibus Silex tam valide reſiſtit. Adamanta aut Baſaltem eſſe credit, tandem nullam ſcintillam excutit. Accedit, proh dedecus, imbecilla mulier, verū nomine audito viraginem dices, Charitas enim eſt, e ſinu Dei nata, annulum ferreum in manibus geſtat, atq; Silicis ti tulo conſpecto haud inanem ſpem concipiens ferme mihi in carmen Maronis videtur prorrumpere.

Aduenit qui veſtra dies muliebribus armis

Verba redargueret. Tetigit illa leuiter, en tibi Pe tra vndequaq; ſcintillat. Ignis enim hic a Deo eſt, cui ne

Pal. 146. quaq; in fortitudine equi, aut in tibiis viri beneplacitū eſt, Sed in humilibus ac timentibus eum, quiq; de eius miſericordia citra vllam diffidentiam certi ſunt.

## SVCCESSIT EX VOTO.

AD Trirremem oculos conuertis, & ni fallor admi ratione caperis, quo pacto puellæ remis incumbē tes, huic tam improbo labore ſufficiant. Mirari deſi ne, nam & hic quoq; Charitatem cernis, quā Fides & Spes ſorores comitātur. Hæc q̃ velis a tergo inſtat For tuna eſt, nam quod veteri dicto circunfertur, neceſſe eſt omnino, vt virtute duce, comite fortuna, quicquid be ne ſuccedit gubernetur. Flumen vero per quod nauis dilabitur, Tagus nobiliſſimus in Hiſpania eſt, qui aluei altitudine, aquæ ſalubritate & ſapore, ſed potiſſimum a remis aureis ab authoribus paſſim commēdatur, Alluit hic Toletana mœnia, eaq; loci opportunitate, ita admira bili præſidio munit, vt Eliſabeth cognomento Catho lica feliciſſima Hiſpaniarū Regina, Toletanæ vrbis ſitū

conſide-

conſiderans, non minus grauiter quam eleganter dixit. Si huius magnitudinem vrbs alia exequat, loci munimine certe ſuperatur: at ſi in hoc par deprehendatur, magnitudine proculdubio vincetur. Verum preſsius & venuſtius lingua vulgari, ab illa dictum fuit. Si tam fuerte no tan grande, ſi tan grande no tan fuerte. Rogas tamē quid illa agit, quæ iacta anchora nauiculam retinet. Titulus indicat eam ſpem eſſe. Quæ vt eccleſiam Toletanā cōſpexit, Preſuli mitrā ſpōte deferētē, ceſſandū interea a nauigatione cēſet, ſibiq; ex voto ſucceſſiſſe gratulatur.

## ATLAS LITERARVM.

QVid hic Atlātem imitatus ſuſtinet? aut quorſum ſphera abecedario diſtinguitur? Noſti hoſpes Atlantis fabulam, qui quoniam primus Aſtrologiam exercuit. cœli curſus & lationes docuit, humeris cœlum ſuſtinere dictus eſt. Habent ſuum diſciplinæ circulum quem Encyclopediam appellant Græci. Per hūc iter ad ſupremū illum eſt. Nihilq; habetur in terris excellētius, quam ſi quis variis ſe doctrinis inſtruat, quibus animū ad cœleſtia erigat, & ad huc in corpore exiſtens, per ſuperna ſublimis obambulet. Huius ergo literarii circuli Preſulem nunc, Atlantem eſſe credimus, de cuius probitate & prudentia, tantum nobis audemus polliceri, vt quantum viribus enniti poterit, authoritate & conſilio prouidere, totum id conferet, ad reip. noſtræ literariæ vtilitatem.

## SCVLPVNTVR IN SILICE.

QVid iam hac parte ſeptē hæ matronæ, vultibus tetricis et ſeueris meditantur? Illa vero, nouē aliæ

puellæ placidę pariter & gaudentes viſuntur, quales nimirum eſſe conſueuerunt, quæ a choreis aut ludis remittuntur. Virtutū hæ ſeptem ſenatus eſt, grauiſſimarum rerum conſultator. Nouem vero muſarum chorus, humanioribus ſtudiis intētę. Vniuerſæ in Silice ſculpūtur, vt huius dignitatem illarum vero durationem intelligas. Ac proinde Tabellę author laudādus eſt, qui patientiſſimi eiuſdem q; ſacerrimi hominis dicti memor, grauiter Symbolū hoc excogitauerit. Quis mihi tribuat exclamat Iob vt ſcribantur ſermones mei? Quis mihi det vt exarentur in libro ſtyllo ferreo, aut plumbi lamina, aut certe ſculpantur in Silice?

## VIRTVS EMICAT.

Silicem hic & ferrum cōſpicio, licebit ne mihi ignē excutere? Maxime o hoſpes, neminē excludit. Quid hoc mōſtri di boni eſt? numen ne aliquod in hac petra habitat? Propitię mihi ſitis optimę virgines. Ignē ego nō puellas inſeqbar. Nihil eſt, quod verearis hoſpes, q̄s hic pro ſcintillis virgūculas excitas, virtutes & diſciplinę ſunt, quas ſculptas in Silice paulo ante dicebamus. Cōſidera tamen in Symbolo, authoris ingenium. Qui vt Edicti legibus coactus erat, ſententiam ſuam ſimplici vocula, aut duplici explicare. verbum EMICAT, commodiſſime nactus, bifariam idipſum vt vides diſſecans, Silicem depictum in medio conſtituit, cuius anteriori parti. E, quæ verbo alioqui aduētitia eſt, adhęrentem cernis, retro e regione viſitur, MICAT, vt poſſit illico attētus ſpectator ita Symbolum integrum legere. Virtus e Silice micat.

## SCIENTIAM FILIVS.

HVius Tabellæ picturam plane mihi videor intelligere, nam & turris & roſtro inſertus coluber, auem eſſe ciconiam indicat: verum tua mihi ſedulitas fiduciam præſtat iterum atq; iterum rogandi. Quid ad hanc veſtram celebritatem ciconia? Quid ve ſibi voluit Tabellæ author? Ingenue & ciuiliter a te nunc o Hoſpes factum eſt, eadem enim mihi cum Xenophontico Cyro mens eſt: cui nihil perinde moleſtum erat, quam ſi quando ex amicis aliquis, pudore immodico, aut alia reuerentia, quæ ſibi ſcrupulum faceret, non rogaret. Cæterum quod ad ciconiam attinet, nihil eſt quod magis noſtro huic feſto conueniat, quam quod ab illa fieri cernis. Parenti viribus effeto & ſeneſcenti, colubrum, aduerſus quem inimicitias gerit, veluti præmandit, & in os inijcit. Tradunt enim naturæ conſulti, admirabili ad hominum mores documento, huic aui a natura inſitum eſſe, vt æuo confectos parentes alat, & officia, quibus quondam impluminis affecta eſt, illis viciſſim rependat. Quod vt cætera Græci intelligentes, qui ſuis vocibus ac nomenclaturijs vniuerſam ferme naturam complectuntur: ac proinde in tanto hactenus, eorum lingua, honore habita eſt: grati animi officium, verbo explicant ἀντιπελαργεῖν. quod idem omnino eſt, ac ſi latinæ reciconiare diceres. Hoc ipſum a Meropibus factitari Ariſtoteles author eſt, verum quoniam ciconiæ in vrbibus habitant cacuminibus turrium cõſpicue, carũ factum illuſtrius habetur: vnde pulcherrimũ cognomen meruerũt, adeo nihil in rebus eſt vbi natura homines nõ inſtruat, ſemperq; ad meliora incitet. Huius ergo ciconiarum naturæ tabellæ author peritus, benigniſſimum

preſulem admonet, vt altricem ſuam ſcientiam cuius beneficio ad hoc faſtigium euectus eſt, grauiter exagitatam in pręſentia agnoſcat, illamq́ omnibus modis foueat, & deniq́ vicem debitam rependat.

## CREVIT IN NIDOS.

HAs tres o hoſpes attentius contemplare, quas vir Theologus e ſacris voluminibus ad optimi pręſulis mores explicandos officioſiſſima cura excogitauit.

Cap. 13. Hic ad radicem granum ſinapis cernis, de quo a domino per Matthęum dictum eſt. Simile eſt regnum cœlorũ grano ſinapis, quod accipiens homo ſeminauit in agro ſuo, quod minimum quidem eſt omnibus ſeminibus, cũ autem creuerit, maius eſt omnibus oleribus, ita vt volucres cœli veniant, & habitent in ramis eius. Aſpice obſecro quantulũ ceciderit, quas vero comas & ramos nunc diſtendit. Parte hac pulli coruorum paſcuntur, illa palumbi ſine q̃rela delitescũt huic inſidẽt viduatę turtures. Sed ante oẽs eius floribus capiuntur apes, qua de cauſa, illas ſeſe onerantes vides, & pedibus veluti flores aggerantes, hę vero iam onuſtę diſcedunt, & tantum non ſuſurrantes audis.

## OMNIA OMNIBVS.

Ad coloſ. cap. 3. AB apoſtolo Paulo hoc dictũ eſt deſumptum, vbi eruditi hominis iudicium attẽde, qui ita commode pictura rem expreſſit, vt medius præſul collocatus ſit, ſeſe omnia omnibus exhibens, iam prophanũ, iam myſtam complectens, peregrinum benigne ſuſcipiens, viduam conſolans, & deniq́ turbam miſerorũ ſubleuans, quæ noſtro hoc duriſſimo tempore, in omni ordine & conditione viſitur.

## SOLVS PLVRIBVS.

IDem ferme argumentũ eſt, ex Eſaia ad tabellam trãſlatum, Septem illæ inquit, mulieres apprehendent virũ vnum. Verum quod hic peculiariter oblectat, vultus præſulis turbatus eſt, & neſcio quo rubore confuſus, dum ſe ita inhoneſte ab hiſce puellis comprehendi videt. Sentis illis in pictura iraſci, & ferme vocem obiurgantis audis, cæterum ipſis reſpondentibus ſupercilium remittit, atq; ſolita placiditate quod in carminibus habetur profert.

## INSERTA REVIVISCO.

SAcra hęc & amœna me hercle. Verum quæ eſt iſta horrida ſpecies, vbi ſemiuiuũ hominem conſpicio, & parte altera præſulem refert, altera vero teterrimam laruam. E mortua membra denuo pullulaſcunt, & neſcio quæ noua virgulta germinãt. Ego te hoſpes hoc nodo explicabo, modo pauliſper atentum te prebeas. Partem pallidam & cadaueroſam, Academiam noſtram eſſe intellige, quæ grauiſſimis cladibus oppreſſa, ferme animã agens ſuccubuerat. Quæ vero viuida & vegeta eſt, humaniſſimum præſulem ſatis eſſe indicat, Qui Academiã complexus ſibi adglutinat. At illa Silicis calorem concipiens, cui pedes innitentes ceruis, noua germina ſubinde producit. Viſus eſt mihi picturę author ex Ariſtophanis Platonici dictis hanc tabellam ſibi confinxiſſe, noſti enim, vt ab illo viro, vetuſta quædam fabella repetatur. Homines nequaq; ea figura fuiſſę, qua nũc ſunt, ſed a frõte & a tergo oculatos omnia mẽbra duplicia poſſediſſe, quatuor manus, totidem pedes, & deniq; duplicem hominem in eodem corpore: quodq; ab illo elegãtiſſime dictum eſt, quoties celerius ire contẽderent, inſtar eorũ qui prono capite, crura ſurſum circunferentes circularẽ cho-

ream exercent, tūc octo membris innixi, volubili circu lo ferebantur. Superbiebant hinc illi impotenter, qua de cauſa ab indignatis dis in duas partes vt nūc diuiſi, proprium medium vnuſquiſq; affectat. Hinc amoris & amicitię vis, hinc animorum mutua coniunctio. Laudo ergo picturę authorē, qui literatiſſimo Pręſuli literariam ſcholam mediū adinuenerit, niſi forte profana parum curans, ſacratius aliquid depromere voluit, & amplisſimi Præſulis potentiam ad Eliſei exemplum reuocare. Vt enim ille ad Sunamitidis filioli cadauer, vniuerſa membra compoſuit, ſeſe'q; ad illius formam coarctauit, puero ſenſum & vitam inſpirans: ita nunc potentiſſimus Antiſtes deuexatam ſcholam miſeratus, maieſtatē ſuam depoſuit, idemq; prorſus cum illa efficitur. Sapiētiam manu academia tenet, Præſul integerrimus iuſtitiam ſuis vtranq; ius ignibus ornatam.

## FOVENTVR SILICE.

PLacuit admodum interpretatio. Verum interim caueto Bone, ne tu nodum in ſcirpo quęras, & qđ Grammatici in enarrādis Poetis faciunt, quæ authores nunq; cogitarunt, confingas, & omnia myſteriis inuoluere contendas. Apage o hoſpes meliora quæſo, vt enim in optimis Poetis quantuncūq; explicandis deſudes, adhuc plura declaranda ſuperſunt, & omnino fieri nequit, vt quæ illi longo tempore conſiderabant, facili nos meditatione aſſequamur: ita in his tabellis contingit. Quę cum a viris ſapientiſſimis, eiſdemq; ingenioſiſſimis excogitate fuerint, neceſſe eſt, vt in qbus illi meditādis anxii fuerūt, ſolliciti nos itidē in exponēdis ſimus. Per me quidē impune liceat, ſed quid hæc ſeptē cādelabra denotant? Septē eccleſias ſiue diœceſis, quibus ſedes Toletana

ſura dat, Eas vero lucernarum effigie, tabellę author opinor expreſſit, quoniam in Ioannis reuelatione, Eccleſię, nomine candelabrorum deſignantur.

## ECCE PRAESIDIVM.

QVid hi ingenua procumbentes petunt? Patres & populus literarius hi ſunt, qui ad Franciſcum patronū cōfugiunt, calamitatū, quibus nō ita pridē afflicti fuerāt, remediū aliquod aut leuamen petētes. Ille vero aduenientē Pręſulē oſtēdēs, ſymboli dicto ſuos cōſolatur.

## VIGILA.

ARcem hanc capitolinam eſſe, ſatis aperte declarāt carmina, quā pene Galli ſub Breno ceperant. Sed quid ego cygnū non anſeres hic video? Qm̄ o Hoſpes cognomen a cygno patrono noſtro Franciſco eſt: qui ſollicitudinū ac curarū memor, quas ille olim in hac ſede pertulerat, vigilandum identidem monet. Nam quod Agamenoni apud Homerum dormienti dictum eſt.

οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα
ᾧ λαοὶ ἐπιτετράφαται, καὶ τόσα μέμηλεν

Hoc eſt, indecens eſt viro gubernanti, cui tot populi & negotia curę ſunt, per totam noctem ſecurū dormire.

## HVIC SCILICET.

Quid hic agit mitram manu tenens? aut me fallit pictoris manus, aut ex effigie Carolū Cæſarem, Regem noſtrum inuictiſſimum cerno. Is ipſe eſt, nec falleris o hoſpes. Ad quem de Toletanæ ſedis ſucceſſore dubitantē: Accedunt Muſæ, ac proinde nouem vides, Siliceum alumnum commendantes. Vbi ingenium au-

thoris haud contemnendum eſt, qui SCILICET particulam in commẽdatione appoſuit, quę de Silicæi nomine admoneret. Figura illa opportune vſus, quam Græco nomine paronomaſiam grammatici appellant.

## EXCVTE SILICEM.

EN tibi rurſus, eadem omnino figura Cæſarem. Se cum enim ob eandẽ cauſam multa voluenti, adeſt e cœlo diuin9 interpres, Gabriel opinor, aut Raphael, Silicem manibus ignitum geſtans: Quales multos Clazomenius Anaxagoras in cœlo eſſe ſibi perſuaſerat, qui nẽpe a nobis ſtellæ dicerent̃: eũq; vt vides ad tãgendum inuitat. Cæſarem vero delectatum intelligis, & mentem pariter & frontem remiſiſſe.

## SVRREXIT IOSEPH.

QVos hic manipulos ſpicarum cerno? Quid ſibi aſtra, Sol, & Luna volunt? intelligo iam ex ſymboli voce. Ioſeph filii Iacob hoc ſomnium eſt: neq; me hercule male coniectauit, quicunq; nunc ſurrexiſſe eundem dixit. Siquidem in tanta Tritici & cerealium frugũ penuria, qualẽ præſenti anno ꝑpeſſi ſumus, prorſus Ioſeph Hiſpanis datus eſt, qui perituris alioqui ſubueniret, & iuxta œconomum a Chriſto laudatum, conſeruis menſuram in tempore exhiberet.

## OMNIA SVFFERT.

PAuli Apoſtoli dictum agnoſco, præſertim nomine charitatis appoſito, optime quidem tedium exprimitur, labor & moleſtiæ, quæ rectoribus impẽdent, iſthac manuum geminatione. Verum Ferdinandi Regis cognomẽto Catholici apophthegma vniuerſis prin

cipibus notum eſſe debet, quibus, quâdiu incudes ſunt, ictus non eſſe detrectandos conſulebat. Alioqui neceſſe eſt audiant, quod Adriano muliercula exprobrauit, ſi meam cauſam faſtidis o Princeps, noli imperare.

## IÒ SILEX.

QVid hic cygnus moriens ſignificat? Quamve habet notionem hic Zephirus? Nam qui circũſtãt ſcholaſtici videntur, idq́ carmina aperte indicãt. Franciſcum Patronum moriẽtem cernis, cui a cignis cognomen eſſe diximus. Q̃m vero conſtans fama eſt, & ſi nõnullis fabuloſa cenſeatur, moribundos cygnos dulciſſime canere, ſiue mortis dolorem ſolentur, ſiue quod Socrati apud Platonem videť Phœbi beneficio, cui auis illa dicata eſt, vaticiniũ & furorem cõcipientes, futurã poſt mortem requiem diuinant: Cygnus patroni morte iam imminẽti canit, qui aduentum ampliſſi. Pręſulis Silicęi vaticinans, in vocem Symboli modulans prorrumpit, ſuos'q́ quamuis merentes & afflictos, bene tamẽ ſperare iubet. Certũ eſt enĩ morientibus hominibus, quod & grauiſſimi authores prodiderunt, & experientia quotidie comprobat, neſcio quam rerum futurarum notitiã eſſe, & quando animus liberior iam relinquitur, mole'q́ illa terrena exoluitur longius quã ſolebat proſpicere, & de futuris melius coiectare. Hinc ſacroſanctæ moriẽtiũ voces ſunt, nihilq́ firmius memoriæ adhęret, quã quicquid ab illis eo tẽpore dicatur. Sed his omiſſis de quibus per otium alias agemus. Zephyrus cygni canentis ſignum eſt, nam, ni fallor, naturæ periti, eo flante cantare cygnos tradũt. Ac proinde Philoſtratus, in Icone, cui titulus paludes, de cygnis agens. Cantus, inquit, ſignum, volucrem vides adoleſcentẽ. Ventus hic eſt Zephyrus

cygnis cantus reddens, pictus eſt autem mollis ac venu-
ſtus, vt ſpiritum iuuat. Tum cygnis alæ vt vento expleã-
tur extenſę ſunt. Hactenus ille, quod nunc tibi dictum
eſſe puta.

## SVPER SILICEM.

Math. 16. HAnc tabellam o hoſpes ne prætereas, vbi non ſine
acumine author. Quod a domino de Petro dictũ
eſt, ad optimum præſulem in pręſentia traduxit, cui non
ſine numine Silicis cognomen datum fuiſſe, iure quidem
quiſpiam opinabitur, cum tot in ſacris præſertim literis
teſtimonia habeamus de nominibus diuinitus inditis.
Vt interim taceam pythagorica myſteria, quę fata homi
nibus e nominum numeris, aut fęcunda, aut aduerſa au-
gurabantur.

## IN CAPVT ANGVLI.

CVR hic Silicem ſine ſtipatore ſuo cerno, & ſolum in
hoc loco ſine cornibus depingitur? Olim nõdum
Cæſareo ferro tactus, ſibi ſoli ignotus viuebat, prorſuſq;
omni ambitione ſpreta, velut ille lapis offenſionis, vnus
e multis inter cæteros latebat. Nunc vero Caroli. V. Cæ-
ſaris cura (qui poſthabitis ſtemmatibus & diuitijs, cęte-
riſq; ſuperbiæ mundanæ faſtibus, ſoli virtuti & morum
honeſtati honorem deffert) in caput anguli, hoc eſt in to-
tius Hiſpaniæ primatem vir meritiſſimus euectus eſt.

## HEBREA.

HVIVS Symbolum parum intelligo, Hæbręum
enim ex characteribus videtur, cęterum ex appo-

ſitis carminibus Eſdram hic video templum reparan-tem. Ita eſto hoſpes, & vt ſymbolum ſonat, factam nempe reparationem templi. Faxit IESVS alter nunc Eſdras hic præſul vobis ſit.

## NISI IVVERO.

ERit opinor, nec nos fallit ſpes. En tibi hic ſeipſum deuouentem, & ſuę mitræ exitium minantem, niſi nobis præſidium & ſalus fuerit. Belle quidem interpretantur carmina: veruntamen antiquitatis ignarus lapidis huius iuſiurandum parum aſſequor. Id ego tibi ex grammaticorum monumentis, quo pacto fieret non grauabor oſtendere. Qui iurabat, inquiunt, conſtitutus in edito loco, altera manu lapidem tenebat, huiuſmodi verba deinde pronunciabat, Si ſciens fallo Iuppiter me eijciat bonis meis, ideſt patria ex omni felicitate, vt ego hunc lapidem abijcio. Et cum dicto, lapis proijciebatur. De quo Phauorinus apud Gellium intelligens, Iouem lapidem, inquit, quod ſanctiſſimum iuſiurandum eſt habitum, paratus ſum ego iurare, hoc Vergilium nunquam ſcripſiſſe. Argute igitur & erudite a tabellæ Authore factum eſt, vt quod de more fieri ſolet, ſub primum ingreſſum antiſtes Silicæus, iuret quidem non Iouem lapidem, ſed iuſiurandum longe ſacratius, Silicem IESVM. Quod nempe eſt illi clypeorum inſigne.

## FVIMVS QVONDAM.

VTinam ſemper digreſſus ſic fuiſſes, adeo mihi voluptatem prębes: ſed quid hęc mortis imago denotat? Satis iam ex carminibus intelligo, nec opus

eſt interprætatione alia. Ad hanc metam omnes properamus. Nihilq; adeo tan magnum fuit, aut nemini vnquã, ita benigne natura indulſit, qui in hanc faciem non tandem commigrarit: & iuxta Lyrici poetæ dictum, quantumcunq; ingentia confecerit, in ſepulchro oblitus delituerit. Vmbra puluis, & fabula effectus. Sed Græce ille melius ἀΐδα τοι λάθεται ἄρμενα πράξας ἀνήρ. Recte tu quidem, o hoſpes. Verum Maronis carmen in memoria habendum. Breue & irreparabile tempus, omnibus eſt vitæ, ſed famam extendere factis, hoc virtutis opus. Ceterum hic hodie Tabellarum finis eſto. Poſtea per otium, latius de cęteris quę ſuperſunt colloquemur.

VALE.




Hanc fortuna tibi promitto, & nomina nunquam
Interitura dabo, tu modo iuſſa face.
Quæ ſunt illa rogo? faueas præcor ipſe lyceo.
Commentum gratum eſt, nomina noſtra refers.




Percutit Alcides magno cum robore petram,
Atq; ictus vanos ingemit eſſe ſuos.
At quæ diuino fertur de pectore nata,
Compellat virgo. Tu rogo cede parum.
Nec grauiter tangens immenſos excutit ignes,
Viribus elatus, nunc age fide tuis.




Durate alebam, q [illegible]ſat vos nulla ſorores
  Vis aduerſa, potens hic Siliceus erit.
En teneo portum, iuuat hic retinere carinam,
  Sat fortuna rati proſpera vela dedit.




Ne rueret quondam proprio ſub pondere cœlum
    Atlantis fertur ſuſtinuiſſe caput.
Et ſuus eſt Sophiæ diſtinctus ſidere circlus,
    Quem fulcit veniens nunc Siliçea manus.




Pierides Silicis cęlantur parte ſiniſtra,

In dextro virtus ſculpitur ecce loco.

Iam ſperent cuncti, pariter doctiq; boniq;,

Hinc referent meritis pręmia digna ſuis.




Hoc quod portentum? virgo cum lumine multa
Excutitur. Quid nunc hæc mihi monſtra notant?
Hoſpes ne trepida, pro flammis optima virtus
Emicat, & radiis non nocet illa ſuis.
Te ſimul incendet, ſi vis, excuſſa virago
Lumine, quo Silicis viſcera ſancta ſolet.




Candida fertur auis, terror, peſtis'que colubris,
　Quæ nutrit patris tempora ſera ſui:
Te puerum muſæ lactarunt, pręmiis poſcunt,
　Implorat prolem docta Minerua ſuam.




Quod cadit in terram neglectum ex arbore granum,
Conſequitur caſu commoda magna ſuo.
Paulatim creſcit, diſtendit in ęthera ramos,
Miratur fructus, & ſua poma timet.
At poſtquam iuſtam compleuit caudice formam,
Vmbra viris grata eſt, alitibusq; domus.




Accedant inopes, quocunq; ex ordine ſunto,
  Siue ſit ille ſacer, ſiue prophanus erit.
Quæq; parente ſuo mœret orbata puella,
  Coniuge vel queritur quæ viduata ſuo.
Omnibus iſte pius, tractat diſcrimine nullo,
  Siue peregrinus, ſiue ſit ille ſuus.




Iam promiſſus adeſt, celeres properate puellæ,
Quem ſeptem rapiant contineantq; virum.
Præſul. Parcius iſta bonæ, pudor eſt ſi fœmina tractet
Sic hominem. Aſt illę, turba pudica ſumus.
Sed miſerę, afflictæ, vexat quas turpis egeſtas,
Iam complector, ait, pręſidiumq; dabo.




Viribus amiſſis iam iam moritura ſuperſum,
  Igniti ſilicis vi recreata tui.
Inſpiras vitam, nunc & noua germina creſcunt,
  Tu pars magna mei, pars ego magna tui,




Candelabra vides ſeptem, quæ lumine fulgent,

Integer hic Sophiæ creditur eſſe chorus.

Aut ſeptena capit, ſilice ex hoc, lumina ſedes,

Agnoſcit patrem, metropolinq; ſuam.




Cernis vt afflicti iactemur mille procellis,

Ad quem nos mittis, dic age magne pater.

Aduenit, en vobis, diuino numine præſul:

Præſidium veſtris, auxiliumq; malis.




Irruerat Gallus, Tarpeiam tendit in arcem,
Et cingit cunctos obſidione patres.
Dumq; ſoporati cuſtodes mœnia produnt,
Feruebat Gallis iam domus alta Iouis.
Peruigil admonuit cuſtos, integrior, anſer:
Hunc imitans cygnus, nunc vigilare iubet.




Oſtentat mitram Cæſar, qua illuſtrior vlla
Non eſt Hiſpanis, deq; merente rogat:
Hunc offert alius, iamq; hunc commendat amicus,
Hic genere clatus ſe putat eſſe ſatis.
Accedunt muſæ, ſoluunt de pectore voces,
Scilicet huic digne ſacra Tyara cadet.




Terrarum dominus Charlus, dum mente reuoluit
Tanta cui dabitur mitra ferenda viro,
Aliger ecce ruit ſubito demiſſus olympo,
Et Silicem promens, excute Cæſar, ait.




Quamuis tè minimum rebare, humilisq; iacebas
Sponte tua, tandem ſurgis & ecce micas.
Vtq; Iacobiades Memphim, ſic mitteris iſtam
In ſedem, perdas præſul vt ipſe famem.




Quæ tanta improbitas? Quęve hęc tam dira libido?
Cur Silicem tundit tam geminata manus?
Parce precor miseris, nec talia dixeris hoſpes,
Hæc diuinus amor cuncta ferenda iubet.




Ximeni cygnus moriens ſua funera cantat,

Circunſtat lugens docta caterua rogum:

Ne doleatis, ait, lætus lucem aſtraq; linquo,

Solamen video, qui venit ecce Silex.




Firma ſuper petram ſi Chriſti eccleſia ſurgit,

Et vis inferni lędere nulla poteſt.

Nunc Silici innitens ampliſſima mitra Toleti

Durabit contra, telaq; cuncta feret.




Vt quondam templi compleuit petra decorem,
Quæ neglecta iacens ſæpe repulſa fuit.
Sic Ch[illegible]lus Silicem ſupremo in vertice ponit,
Vt ſperent cuncti præmia certa pii.



Diruit Aſſyrius Solymorum templa, ſed Eſdras
    Vir pietate potens haud iacuiſſe tulit.
Hic reparat rediens & ſancta oracula vatum,
    Perdita reſtituit, puncta notaſq; dedit.
Durat noſtra domus, ſed iam trepidare ruinam,
    Te viuente ſinet, magna columna tuis.

# NISI IVVERO




Fœdera firmabat, quicunq; e vertice petram
Iactarat, iurans nomina magna Iouis.
At meus iſte Silex, geſtat qui numen Ieſu
Proiectus pacti teſtis & vltor erit.
Comminuat precor ille mitram, geſtamina noſtra,
Si non fautor ero, veſtraq; certa ſalus.




Terna vides, præul, pro multis nuda cerebra:
Mitra, tyara tegit, purpureumq́ decus.
Et fuimus quondam quod tu, velocior Euro
Occidet hęc facies, noſtraq́ fata manent.

Imaginum finis.

QVONIAM extremæ iniuſtitiæ eſſe duco, debitam rei bene geſtæ laudem authori ſuo, cũ poſſis, nõ reddere, & pene par ſacrilegio exiſtimo fructum alieni laboris, literarii præſertim, ſibi quenquã vſurpare: ex his duabus epiſtolis, Lector, intelliges, Edicti quod ſuperius legiſti formulam, doctori Ioanni Vergara deberi, viro Theologo, & in vtraq; lingua eruditiſſimo, vt interim cæteras virtutes non percurram, quibus maximam ſibi laudem, admirationem & dignitatem comparauit. Verum quoniã hominis commendationem nos in hoc loco nequaquã meditamur, ſed potius hac nos calumnia erga amiciſſimum virum liberamus. Qui reliqua omnia hactenus legiſti, morulam hic facere non pigeat.

## IOANNES VERGARA MAGIſtro Aluaro Gomecio S.

EXercitamenta veſtra ludis pontificalibus exhibita, legi non ſine quadam animi voluptate: videbar ſane adoleſcentulus cum æqualibus iã iam in arenam deſcenſurus, nõ gladio quidem aut cæſtu, ſed, quod ſtudioſis plerũq; formidoloſius, ſtilo certaturus: ita incaleſcebat animus ardore cõtentionis. Quid vobis fiet quibus calidus feruet circum præcordia ſanguis? Quod vero iudicium de illis meum requiris, eſt quidem apud vos huic examini lydiorum lapidum affatim, vt non admodum opus ſit Silicem conſulere, niſi hic quoque argumento ſeruien-

dum ſit. Certe vt de reliquis taceam, cancellarij veſtri Lu douici Catenę, tū Honorati Ioānis eruditione iudicioq; nihil quicquam deſiderari poſſit vel terſius, vel exactius. Tamen ne qua in re Academię veſtræ, altrici meæ, deeſſe videar, ſimul ne non tibi in omnibus morem geram, nō nulla hic tibi vtcunq; annotare viſum eſt.

Primum quidem cum Edictorum veterum ſtylum in proponendis certaminibus imitandum ſcripſi, non tam equidem de prætorijs illis, quæ iuridicundo deſeruiunt, quam de magiſtratuum quorumcunq; decretis, quæ publice propoſita, edicta quoq; dicuntur, ſentiebam. Quare vt animi mei ſenſum apertius tibi ſignificem, libuit edicti tui ſententiam, quantum ex verbis eius conſequi potui, formula mea exprimere. Non medius fidius quo dictionem meam pręferam tuæ, Quis enim περὶ τοῦ εὐλαλεῖν cum Eulalienſi contendat, ſed vt guſtum tibi quendam ſenſus de hac re mei, exhibeam, quē ſi non omnino diſplicuerit, amplius fortaſſe ornare expolireq; liceat.

Edicti formula.

Ad hunc modum libuit nunc mihi tecum nugari homini per afflictam valetudinē male feriato. Tu quicquid id eſt, boni conſulito, iam diu hęc ſtudia valere iuſſimus, in quibus peracto vtcunq; curſu, libenter tibi, tuiq; ſimilibus lampada tradimus. Reliquum ſchedarum tuarū perlegi obiter & perfunctorie, tum valetudini, tū occupationibus alijs intentus. Quare non eſt, quod a me iuſtam nunc cenſuram expectes: tantum paucula quędam notaui, quæ mihi in ſcriptis tuis ſcrupulum inieciſſe videntur: quibus ſatis fore exiſtimo, vel officio meo pręſtando, vel diligentię tuæ excitandæ. Hanc profecto ſi examinandis hiſce exercitamentis bona fide pręſtiteris, futurum ſpero vt æditione euadant non indigna: modo non omnia promiſcue, ſed ſelectiora quępiam, in quibus

opera nõ omnino male collocetur, admittas. Alioqui repetitum toties argumentum, multo (mihi crede) concinniorem elegantiã, venuſtatemq; requirit, quo vel nauſeam vitet, quam aliud quodpiam, vt blandiatur & placeat. Natura ſumus omnes ἀψίκοροι, etiam vbi lectoris tędio varietate ſuccurritur. Quid facias, vbi eadem toties cantilena repetitur, niſi ſtyli ipſius veneres, chariteſq; certatim occurant, & veluti inſperato erũpant, quę languentis aurem vellicent, neq; omnino iacere, concidereq; patiantur.

*Faſtidioſi & qui tactum cibum ilico reſpuunt.*

## VALE.

## ALVARVS GOMECIVS
### Doctori Ioanni Vergara.

DISTVLI hactenus ad Epiſtolã tuam reſponſum, Quoniam Doctor Ludouicus Gomecius, vir multis mihi propinquitatibus cõiunctus, febribus tertianis, ita grauiter correptus eſt, vt de eius ſalute medicis prorſus dubitandum fuerit. Cuius rei nuncium ſtatim, vt accepi, ita animo conſternatus ſum, vt negotijs omnibus poſthabitis, ad eum viſendum Guadalfajaram properauerim. Erat ille iam extra morbi periculum, et quod mihi iocundiſſimum fuit, pręſentia noſtra oblectari viſus eſt. Quantam ego lętitiam ſuſceperim, quanta fiducia ſtudijs noſtris eius ſalute reſtituta ſit, vel ex hoc vno potes intelligere, quod ille meum otium omni cura adhibita fouet, noſtramq; hanc literariam quietem, quę alioqui ſine patrono corrueret, nouis ſubinde pręſidijs ful-

eſt. Incitatur nimirum ad hoc, paterna quadam indulgentia qua me ſemper proſecutus eſt, ſed potiſſimum ſuopte ingenio ad ſtudiorum cultores propenſo. Eius nomine ſalutes ſuſcipito, quas & ad te, & ad ornatiſſimum virum Michaelem Ortizium mittendas iuſſit.

Venio iam ad elegantiſſimas pariter, & omni doctrina plenas literas tuas, quibus tātam mihi voluptatē attuliſti, quantam ego vix queam verbis vllis in præſentia explicare. Primū enī quis non afficeretur, eam erga rem literariam animo tuo propenſionem inſitam eſſe intuēs, vt inter tam multas, tantiꝗ ponderis occupationes tuas, noſtros luſus non piguerit euoluere, ac mecum ea de re tam elegāter, & tā grauiter diſſerere. Iam vero illud omnino meum eſt, nec leuis alicuius beneuolentię erga me ſignum, quod ędictis noſtris a te lectis, aliam mihi formulam deſcripſeris, de qua vt ingenue ſententiam meam proferam, cum antiquis illis contendit, planeꝗ argumētum mihi dat, noſtra quoꝗ ętate ingenia haberi, quę nobis eadem cum illis pręſtarent, modo & ſimilis libertas eſſet, & par fauor, & ſtudiorum idem precium. Videbar mihi nonnihil confeciſſe, Edictis illis noſtris prętoriorum inſtar adumbratis, atꝗ in ea re eruditorū virorum conſenſus, quibus noſtra Schola ornata eſt, non omnino frigide applaudebat. At illis tuis a me conſpectis, quibus tanta verborum proprietas, tanta dictorum authoritas inerat, mea omnia prorſus cōtempſi, & ad has res ſedulam ancillam, ſpongiam illico in manus ſumpſi, quæ aduenienti hoſpiti beneuolentiam noſtram teſtaretur, & ei locū in libello pararet. Itaꝗ noſtris obliteratis, tua typis mandata ſunt, neꝗ enim tam ſacrilego rerum vnquā mearū amore capior, vt melioribus pręferendas cēſeam, aut in earū iudicio cęcutiam. Quare tu boni, quod a me factum eſt, conſule. Cętera ex tua ſententia limabuntur,

neq; omnia temere admittētur, varietatis, vt iubes, ratione habita. Cum de Franciſci fratris ænigmatibus agebamus, duo aut tria apud me adſeruari ſcripſeram, quibus & nomen meum, & magiſterii titulus lepidiſſimo ſcommate inceſſebātur, quæ cum eo tempore a me anxie quęſita fuerint, nunc tandem aliud agenti ſeſe obtulerunt, illa ad te veniunt, vt intelligas, non omnino leuem iacturam in eo libello factam fuiſſe, adducunt ſecū comitem tertium, cuius argumentū de affectu, opinor, & ratione eſt.

Diues ne an pauper, potius dicendus auarus,
Is rogo ſit? medium quem columella ſecat.

Magis ſemel quenquam, aut magis bis dicier,
Vetet ne lex vlla? haud ſcio, at ſimul tamen
Sancta vetari vtrunq; lege, ſat ſcio.

Mecum qui pergunt fratres duo viuere, ſolis
Nec Sol conſpicuus, nec fœdus cernitur vllum.

Quare danda tibi opera eſt, vt vbicunq; opuſculum deliteſcat, inde prodeat. Habes modo apud te Petrei fratrem, eum denuo de eadem re rogato. Vale.

FINIS.

COMPLVTI.

EXCVDEBAT IOANNES
Brocarius.


ME CER
GITI TAN
LE TI
I. B.

[illegible] en pesal. 33.
Incognito 44
Lamisio 4
[illegible] sobre s. Ju.
de marca grande 36 — de la impresion de Roma, o de leō
concordancias breviores 3
Ausonio 3.
serm.[s] de f. luis en
marca grande. 88.
Controversias theolog.[cas] de
Roberto Belarmino 34.